DURIDIS SAMII

QUAE SUPERSUNT.

EDIDIT

J. G. HULLEMAN,

PHIL. THEOR. MAG., LITT. HUM. DOCT.

Ita enim se res habet, ut, quo plures per illam medii aevi barbariem perierunt boni libri, eo majore cum cura ex hoc tanquam naufragio tabulas colligere debeamus.

WYTTENBACHIUS.

TRAJECTI AD RHENUM.

TYPIS MANDAVERUNT L. E. BOSCH ET FILIUS.

1841.

DURIDIS SAMII

QUAE SUPERSUNT.

ponerem. Verum ubique me vidisse, non contendo. Contra, multis meum judicium non probatum iri, auguror fere. Atqui hoc mihi bilem non movebit, nec cuiquam sententiam meam obtrudo. Sic vero puta. Tota hac disputatione non tam docere studui quam doceri. Dicam igitur cum Platone: Ἄν τις ἔχῃ κάλλιον ἐκλεξάμενος εἰπεῖν εἰς τὴν τούτων ξύστασιν, ἐκεῖνος οὐκ ἐχθρὸς ὤν, ἀλλὰ φίλος, κρατεῖ.

Neque audacter asserere ausim, ad unum omnia me e latebris eruisse, quae in Scholiastarum, Grammaticorum aliorumque scriptis fragmenta hodieque exstant. Si quod forte desideretur, id non voluntati meae imputandum est, sed facultati, qui fructuoso publicae bibliothecae usu fere destitutus confugere ad privatas opes coactus fuerim. Quo magis mihi et grata accidit et nunc palam praedicanda est indefessa doctissimi B. J. LINTELO DE GEER, *sodalis conjunctissimi, opera, qua laboranti mihi quavis in re non dico nunquam defuit, sed bibliotheca tum sua usus tum Rheno-Trajectina rogitanti summa semper cura subvenit et diligentia.*

Restat, ut de ratione dicam ac via, quam in illustrandis fragmentis secutus sum. In emendandis locis nec temerarius esse nec superstitiosus volui. Itaque procul ab insano emendandi furore, ea tantum emendare studui, quibus accurate examinanti emendatione omnino opus esse videbatur. Ubi ipse corruptae lectioni medelam non inveniebam, retinui veterem, vel eam recepi Virorum doctorum conjecturam, quae probabilitate se mihi prae ceteris maxime commendabat. Verborum explicationi rarior fuit locus, quum obsoletis minusque usitatis DURIDEM *ipsum indulsisse ex fragmentis non appareat. Majorem vero rebus illustrandis operam insumpsi, ut ubique ex hi-*

storia et antiquitate ea peterem, quae aliquid lucis sive toti narrationi sive singulis ejus partibus affunderent. In primis autem exploravi et contuli quae apud alios similia, quaeque dissimilia inveneram, id maxime conducere ratus ad fidem DURIDIS *et auctoritatem in scribenda historia suo aestimandam pretio. Recentiorum denique scripta, quorum mihi suppetebat usus, suo laudavi loco, ne mihi longius esset evagandum vel vetus crambes recoquenda. A quo tamen si non ubivis abstinui, id juveni facile condonabit lector.*

Plura quae moneam non habeo. Consummati aliquid omnibusque absoluti numeris me dedisse, longe ut putem abest. Aliis id me doctioribus et ingenio acutioribus, subsidiis etiam locupletioribus instructis, lubenter relinquo. Mihi — quod teneat velim quotusquisque est, in cujus forte manus hic libellus delabatur; — mihi, inquam, hoc satis erit praemii, si idoneis judicibus non omnem perdidisse operam videbor, sed aliquid contulisse, quod valeat ad Historicum rectius dijudicandum, vulgo aut minus cognitum, aut plus aequo exagitatum.

Scripsi TRAJECTI AD MOSAM
A D. IV Kal. Dec. CIϽ IϽ CCCXL.

PRAEFATIO.

Ex quo in Athenaeo Mosa-Trajectino instituendae juventutis munus mandatum mihi fuit, ei potissimum literarum generi subsecivas, quas vocant, horas impendere soleo, quod Historicorum veterum scriptis continetur et fragmentis. Aliis alia placent. Mihi hoc argumentum nominibus tam multis se commendare videtur, ut studiorum meorum cursum eo maxime dirigere non dubitaverim. Quod quum agerem, multos quidem didici exstitisse recentiore aetate, qui eandem viam ingressi operam in his studiis praeclaram posuerint, edendisque deperditorum scriptorum reliquiis optime sint de antiquitatis doctrina ipsaque historia meriti; sed superesse tamen ex ingenti veterum Historicorum numero haud paucos vidi, de quorum scriptis et fragmentis nondum ea qua oportet cura Viri docti exposuerint. Ad hos DURIDEM *refero* SAMIUM, hominem, *ut Cicero vocat*, in historia diligentem, *ex cujus commentariis tum Diodorum, Athenaeum aliosque, tum vero Plutarchum etiam passim profecisse constat. Egit de* DURIDE *data opera Vossius in opere* de Historicis Graecis *praestantissimo, nuper a Westermanno, Viro Celeb., aucto egregie et emendato, fragmentorum etiam indicibus haud parum locupletato; sed neuter hoc sibi habuit pro-*

positum, ut de DURIDIS *vita scriptisque, collectis simul fragmentis, dispositis atque illustratis, quam plenissime absolveret. Clintonus in potiore fragmentorum parte congerenda sibi placuisse videtur, in scriptis ipsis adumbrandis parcissimus fuit. Omnino tum hic tum ceteri, quotquot deinceps de* DURIDE *egerunt, quippe aliis rebus, majoribus plerumque, intenti, ita de eo persecuti sunt, ut summatim magis quam consummate disputare studuerint. Equidem igitur et mihi bonae frugis plenum et viris eruditis non ingratum fortasse opus fore putavi, si illud ipsum mihi non πάρεργον, sed ἔργον sumerem, et singulari adeo commentatione Duridis non tantum vitam illustrarem et scripta, sed fragmenta etiam complecterer proque mearum virium modulo explicarem. In qua quidem altera disputationis parte quomodo versatus sim, paucis ostendere juvat.*

Est hic antiquorum non omnium quidem omnino, sed plurimorum tamen communis fere mos, ut, quoties vetustioris alicujus scriptoris testimonia et traditiones proferunt, tacito operis unde hauserunt titulo, auctoris nomen nude indicasse satis habeant. Quae scriptorum incuria ut universe multum parit incommodi in digerendis deperditorum operum reliquiis, ita gravius affert damnum, quo plura opera ab eodem auctore profecta esse constat; ut adeo in magna fragmentorum farragine discernenda acutissimum etiam ingenium facillime deficiat. Quae difficultas quum in DURIDE *in primis magna se offerret, equidem hanc ineundam esse viam putavi, ut tam ex argumento quam ex ratione chronologica, ubi id fieri posset, singulis fragmentis aliquam sedem assignarem, reliqua paucissima, quorum argumentum nullum praeberet temporis vel loci indicium, in calce disputationis re-*

DURIDIS SAMII

VITA ET SCRIPTA.

Caput Primum.

DURIDIS PATRIA, GENUS, VITA, AETAS.

De Duridis [1] genere vitaque pauca admodum tra-

1 Aliquoties in codd. scribitur *Δῶρις*, velut apud Eudociam, *Viol.* p. 129, Suidam v. *Λαμία* et *Σαμ. ὁ δῆμος*, Tom. II p. 413 et Tom. III p. 279, quam lectionem merito rejecit Vossius, *Hist. Graec.* ed. Westerm. p. 132. Fuit enim *Δῶρις* muliebre, non virile nomen. Vulgari scriptioni faveot etiam grammatici, nomen *Δοῦρις* repetentes ἀπὸ τοῦ δουρὸς, quod cum altera ista scriptura nihil habet commune. Vidd. Auctor *Etymol. M.* v. *Δάμις* p. 247, 34 et Eustath. ad Hom. *Iliad.* B. p. 243. Quapropter non intelligo, cur Vossii emendationem probare dubitaverit Gronovius, *Thes. Graec. Antiqq.* Vol. III ad imag. Pythodori. Ceterum Duridis nomen in codd. pejus etiam subinde scribitur, *Θοῦρις*, *Οὖρις*, imo *Δύρης*, quod suo monebitur loco.

*

duntur. Fuisse *Samium*, referunt omnes [1]; quod quo sensu accipiendum sit, mox videbimus. De ejus patre proditur nihil, de proavis parum: tantum dicitur in his ipse numerasse Alcibiadem Atheniensem [2]. Unde conjicias licet, haud obscuro

1 *Δούριδος τοῦ Ἐλαΐτου* epigramma in Ephesi diluvium servavit Stephanus Byz. v. *Ἔφεσος* p. 128. Exstat illud in *Anthol. Palat.* Jacobsii IX. 424 et in Brunckii *Anal.* II. p. 59. Initium recepit Eustathius ad Dionys. Perieg. 828. Is igitur *Elaites* Duris, poëta, quem Suidas significat, v. *Δοῦρις* Tom. I p. 622, ab Aeolica Asiae urbe oriundus fuit Elaea (cf. Steph. Byz. v. *Ἐλαία* p. 116, qui gentile nomen exhibet *Ἐλαΐτης*), vixitque fortasse *Samio* historico aequalis. Est enim epigrammati lemma: *Δούριδος εἰς τὸν κατακλυσμὸν Ἐφέσου, ὃν ἔπαθεν ἐπὶ Λυσιμάχου τοῦ βασιλέως, ἑνὸς τῶν διαδόχων.* Vid. Jacobs, *Animadv.* Tom. III p. 561. Tertius ejusdem nominis memoratur nusquam.

2 Plutarch. *Vit. Alcib.* XXXII (Fragm. LXV). Ubi legitur: *Δοῦρις ὁ Σάμιος, Ἀλκιβιάδου φάσκων ἀπόγονος εἶναι.* Vocabulum autem *ἀπόγονος* etsi plerumque idem valeat quod *υἱωνεὺς*, latiore tamen sensu etiam de *pronepote*, quin imo *καταχρηστικῶς* ab historicis de *filio* usurpari, monet Ammonius, *de vocab. diff.* p. 48 ed. Valck. — Alcibiadi ex Hippareta natus filius est Alcibiades (cf. Plutarch. l. l. VIII), contra quem orationem habuit Lysias, *λειποταξίου* accusatum. Pro eo scripta superest Isocratis oratio *περὶ τοῦ Ζεύγους*. Moribus ille a Lysia pingitur jam a puero pessimis, maxime p. 516 sqq. et p. 536 sqq. ed. Reisk. Apud Isocratem l. l. p. 356 ed. Steph. queritur, quod natus quatuor annos patris fuga et morte matris pupillus sit relictus, et puer etiam a XXX viris urbe ejectus. Cff. de eo ad Lysiae orationem laud. Marklandus et Taylorus, quorum hic in lucem susceptum statuit ineunte Ol. XCI. Ex eadem Lysiae oratione p. 541 patet, juniori Alcibiadi sororem fuisse, Hipponico nuptam. Hos adeo Alcibiades, *ἀνὴρ ἁπασῶν*

eum loco natum fuisse, sed nobili genere ortum; id quod confirmatur magnis quos postea gessit honoribus. Pueritiam non Sami, sed alibi degit: nam in eam incidit illa aetatem, qua bis mille Cleruchi, ab Atheniensibus ex pauperiorum maxime numero missi, Samios insula expulerunt omnes [1]. Interea patria extorris gloriam sibi puer magnam comparavit victoria, Olympiae in pugilatu reportata; in cujus memoriam statua ei ibidem posita est, Hippiae manu sculpta [2]. Juvenilem aetatem transegit Athenis, qua in urbe celeberrimum sui aevi nactus est in literis et philosophia ducem, Eresium Theophrastum. Hunc simul cum Lynceo fratre audivit [3],

τῶν γυναικῶν, legitimos habuit liberos, quorum alterutrius Duridem putare *nepotem* per aetatem cerie licet.

1 Cff. scriptores ad Fragm. LXVIII laudati.

2 Pausan. VI. 13. 3, quo loco *Χίονιν*, cujus in prioribus mentio est, pro *Δοῦριν* vitiose scribi, nemo est quin agnoscat. Loco Chionis fuit, cursuque vicit Ol. XXVIII—XXXI. Vid. Krause, *Olympia* p. 261. De Hippia statuario cf. Müller, *Archaeol. d. Kunst* § 124 n. 1. p. 113 ed. sec. Statuam Duridis positam demum fuisse post Samiorum reditum, suspicio est Corsini, *diss. agon.* p. 129.

3 Athen. IV init., ubi sic olim legebatur: *Ἱππόλοχος ὁ Μακεδὼν τοῖς χρόνοις μὲν γέγονε κατὰ Λυγκέα καὶ Δοῦριν τοὺς Σαμίους, Θεοφράστου δὲ τοῦ Ἐρεσίου μαθητής, συνθήκας δ' εἶχε ταύτας πρὸς τὸν Λυγκέα.* Etsi autem aliunde de Lynceo quidem, sed de Duride non item proditur, Theophrasti eum scholas frequentasse, non tamen dubium est, quin verum viderit Coraës, *μαθητὰς* corrigens pro *μαθητής*, quod etiam propter voculam *δὲ*, post *συνθήκας* insertam, ferri non potest. Neque Hip-

qui tum variis scriptis innotuit, tum laude, quam sibi haud ultimam in comica poësi conciliavit [1]. Tandem in patriam reversus, ubi vetus reipublicae forma, qua sub Polycrate aliisque diu fuerant usi [2], tum iterum invaluit, Duris tyrannidem capessivit [3]; quos tamen honores meritisne debuerit et virtuti, an generis nobilitati aliive causae, nemo scripto mandavit.

Vixisse Duridem sub Ptolemaeo Philadelpho plurimi hodie cum Vossio statuunt; quo vere quidem, sed non satis accurate ejus aetas terminatur: nam defuncto patre solus regnavit Ptolemaeus inde ab

polochus in Theophrasti discipulis alibi commemoratur. Cf. Schweigh. ad Athen. l. l.

1 Suid. v. *Λυγκεὺς*, Tom. II p. 465, ex quo Eudocia hausit p. 283, ubi corrupte *Θούριδος* scribitur. *Ἐπιστολαὶ* Lyncei, *Αἰγυπτιακά*, libri *περὶ Μενάνδρου*, aliaque passim ab Athenaeo laudantur. Vide Vossium, *Hist. Graec.* p. 134, collatis Westermanni notis, et Jonsium, *Scr. Hist. Phil.* II. 2. 4. p. 146. Fragmenta Lyncei, praemissa auctoris vita, se editurum pollicetur Rossignol, *Journ. des Sav.* 1839 p. 26.

2 De priscis Sami tyrannis exponit Panofka, *Res Sam.* p. 29—50.

3 Suidam vide et Eudociam l. l. Fons traditionis est Athenaeus VIII. p. 337 D. Eos adeo negligenter inspexit Ste Croix, *Exam. crit.* p. 53 ed. sec.), ut pro Duride Lynceum dicat Samiis tyrannum praefuisse. Panofka vero l. l. p. 98 sq. sibi quidem scribit silentio graviorum de Durido auctorum rem fieri satis suspectam. At silentium illud hic nihil probat. Non tenuit Vir doct., quod paulo ante animadvertit ipse, de tota re Samiorum per contentiones diuturnas, quae inter duces et successores Alexandri M. flagrarunt, quam nulla fere sint veterum testimonia.

Ol. CXXIV. 1 — CXXXIII. 1 [1]. Sane post Ol. CXXIV. 4 vixisse Duridem et scripsisse, locus probat ex ejus commentariis servatus [2]. Aliquanto plus ex eo proficimus, quod scholas dicitur Theophrasti frequentasse, qui ab Ol. CXIV. 3 — CXXIII. 2 Athenis docendo inclaruit [3]. Verum ne hoc quidem satis est. Potuit enim in primis esse, qui Theophrastum audirent, potuit in ultimis; etsi hoc minus est credibile (modo ex fratris aetate aliquid conjicere liceat), quod Lynceus praeceptoris sui *γνώριμος* vocatur [4], aemulus autem fuit et superstes Menandro, qui in eandem disciplinam incubuit [5]. Recurrendum igitur ad pugilatum, e quo Duris puer victor abiit. Accidit hoc, ut ex statuae epigrammate Pausanias refert, *ἡνίκα ὁ Σαμίων δῆμος ἔφευγεν ἐκ τῆς νήσου*. Hinc efficiunt, Duridem Ol. CVII. 1 Olympiae fuisse coronatum [6], quo anno perhibentur Cle-

1 Cf. Clinton, *Fasti Hell.* I. p. 194, 251 (ed. Krueg.).

2 Tradidit enim de Regis Lysimachi morte (Fragm. XXXV), quem eo anno obiisse docet Clinton l. l. p. 196.

3 Diog. Laërt. V. 1. 10, coll. 2, 36; V. 3. 58. Cff. Brucker, *Hist. Phil.* I. p. 842; Clinton, *Fast. Hell.* p. 195; Schmidt, *comm. de Theophr. rhet.* p. 3.

4 Suid. v. *Λυγκεύς* et Eudoc. l. l.

5 Diog. Laërt. V. 2. 36. Obiit Menander Ol. CXXII ½ Cff. Fabricius, *Bibl. Graec.* II. p. 455, ibique Harl.; Clinton l. l. p. 155, 193. Lynceum tum alia tum de Menandro libros edidisse modo me dicere memini.

6 Efficit Panofka l. c. p. 90, 97. De alio quodam Duride longe antiquiore cogitat Krause, *Olympia* p. 276 sq., erroris simul

ruchi expulisse Sami incolas [1]. Quasi scilicet probabile sit, Duridem quadragenario majorem ad Theophrasti disciplinam, annisque demum quadraginta post, decrepitum fere senem, ad scribendum accessisse! Non perpenderunt illi satis Pausaniae verba. Nam et vocabulo *φεύγειν fugiendi* tribuerunt, nec vero *exsulandi* notionem, et quae apud eundem extremo loco scripta sunt, neglexerunt plane. Locum, quoniam victoriae annum constituere magni interest, nunc apponam totum. *Τὸ δὲ ἐπίγραμμα δηλοῖ τὸ ἐπ᾽ αὐτῷ νικῆσαι Δοῦριν, ἡνίκα ὁ Σαμίων δῆμος ἔφευγεν ἐκ τῆς νήσου· τὸν δὲ καιρὸν, καθ᾽ὃν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα τὸν δῆμον***. Verba abrupta dixeris, aperta fiet sententia, ubi primum ex Diodoro quaedam contuleris. Alexander enim brevi ante mortem omnes Graeciae exsules in suam quemque civitatem reducere decrevit. *Διόπερ ὑπογύων ὄντων τῶν Ὀλυμπίων, ἐξέπεμψεν εἰς τὴν Ἑλλάδα Νικάνορα τὸν Σταγειρίτην, δοὺς ἐπιστολὴν περὶ τοῦ καθόδου. Ταύτην δὲ προσέταξεν ἐν τῇ πανηγύρει διὰ τοῦ νικήσαντος κήρυκος*

nescio cujus insimulans Pausaniam, quem suspicatur exsilium significasse Samiorum, memoratum ab Herodoto III. 149.

1 Diod. Sic. XVIII. 18 ad Samiorum reditum computat annos tres et quadragiota, quasi expulsorum Ol. CIII. 3; sed dudum erroris eum coarguit Wesselingius. Uode hodie Ol. CVII. 1, Archonte Aristodemo, ejectam geotem statuunt, secuti Philochorum ap. Dionys. Hal. *de Din. jud.* XIII (Vol. V. p. 665 ed. Reisk.). Cff. Boeckhius, *Staatsh. d.' Athener* I. p. 460; Clinton, *Fast. Hell.* p. 142; Paoofka p. 97.

ἀναγνωσθῆναι τοῖς πλήθεσι. Quae lecta epistola mirum quanto affecit exsules gaudio. Ἦσαν δ' οἱ φυγάδες ἀπηντηκότες ἅπαντες ἐπὶ τὴν πανήγυριν, ὄντες πλείους τῶν δισμυρίων [1]. Jam mutilatum Pausaniae locum et quem indicaverit καιρὸν clare perspicies. Exsulante etiam Samiorum gente, Olympiae Duris vicit, sed extremo exsilii tempore, in iis adeo ludis, quorum opportunitate promulgatum est Alexandri decretum, ut in rei suae familiaris possessionem restituerentur exsules. Hoc autem obtinuit Ol. CXIV. 1; reditus ipse anno demum post, Perdicca auctore [2]. At vero nova hinc nascitur et difficilior quaestio: si Cleruchi Samum occupaverunt Ol. CVII. 1, Duris, ut vere *Samius* dicatur, natus fuerit necesse est ante Ol. CVII; idem igitur quo tandem pacto Ol. CXIV victoriam Olympiae reportare ἐν πυγμῇ παίδων potuit? Quam quidem quaestionem sic puto solvendam, ut Duris non a loco natali, sed a parentibus vulgo *Samius* appelletur [3], vel etiam, quod aliis obtigit permultis, a loco, quo potiorem degit vitae partem [4], summaque est dignitate ornatus Neque a vero

1 Diod. Sic. XVIII. 8. Cf. Grauert, *hist. u. philol. Anal.* p. 234 sqq.

2 Diod. Sic. XVIII. 18.

3 Similiter Epicurum, quem natum scribunt Ol. CIX. 1 (Diog. Laërt. X. 1. 14. cf. Clinton, *Fasti Hell.* p. 155.), *Atheniensem* a parentibus dici conjicit Koelerus, *Heracl. Pont. fragm.* p. 57 sq., quum decem jam annis ante pater ejus Neocles in Cleruchorum numero Samum commigrasset.

4 Hinc varietas illa, quam haud raro in scriptorum quorundam

multum me credo aberraturum, si natalem ejus annum incidisse statuam in Ol. CX. Itaque Theophrasti scholis haud ita diu post Ol. CXIV. 3, quo docere ille Athenis coepit, interfuisse videtur, imperio autem in patria deinde potitus [1] historiae scribendae operam impendisse circa Ol. CXXV [2], natus annos fere sexaginta. De amplissimo certe quod condidit *Historiarum* opere id omnino affirmare licet.

patria constituenda deprehendimus. Ita Herodotum scimus a multis aliquando *Thurium* esse habitum, quod Thuriis diu vixit diemque ibidem obiit. Vid. ad Fragm. LVIII. Simile quid evenit Hellanico, Apollonio et Dionysio, quem *Thracem* plerumque dicunt. Cf. Sturzius, *Hellan. fragm.* p. 29. Addo poëtam Philoxenum, qui, quamvis *Cytherius*, subindo tamen *Leucadius* appellatur, fortasse quia in Leucadem civitatem aliquando migraverit. Vide Wyttenbachii *diatr. de Philoxenis*, Viri Celeb. *Opusculis* insertam, Tom. II p. 291 sqq.

1 Ejus imperium, *si quod obtinuerit*, Panofka l. c. p. 98 referendum putat ad tempora Demetrii Poliorcetae, circa Ol. CXVIII. 2.

2 Ad hanc Olympiadem Clinton quoque Duridem reposuit, *Fasti Hell.* II p 3.

Caput Secundum.

SCRIPTA DURIDIS.

I.

ΕΛΛΗΝΙΚΑ.

In scriptorum numero, quae Duridem habuerunt auctorem, primum sibi locum jure vindicat *Ἡ τῶν Ἑλληνικῶν ἱστορία*, ut a Diodoro [1] vocatur. Ab hac vero non nisi titulo differre, quae ex Athenaeo [2] et Photio [3] vulgo appellantur simplici no-

1 Diod. Sic. XV. 60.

2 Fragm. III, XIII, XXVIII, XXXI—XXXIV.

3 Fragm. I.

mine *Ἱστορίαι*, testantur et comprobant abunde fragmentorum argumenta, quorum quotquot *Historiarum* nomine laudantur, res exponunt mere Graecas, cum Graecorum certe historia arctissime conjunctas. At scrupulum injiciunt quae quater aut quinquies ab antiquis laudantur *Μακεδονικά* [1]; de quibus utrum ab *Hellenicis* (sic enim *τὴν τῶν Ἑλληνικῶν ἱστορίαν* vocare malo) sint distinguenda, an vero eadem habenda, pridem est a Vossio inde quaesitum. De uno eodemque opere cogitandum esse Vossius monuit [2]; contra alii, et primus quidem Wesselingius, re denuo in quaestionem vocata, haud scire se scripserunt, an injuria *Hellenica* et *Macedonica* confundantur [3]. Mihi in Vossianam sententiam abeundum videtur. Teste Diodoro, initium *Hellenica* ceperunt a morte Amyntae, qui Philippo Macedoni pater fuit, Lacedaemoniorum Regis Agesipolis et Jasonis Pheraei, qui tres Grae-

1 Fragm. VII, XII, XV, XXVI. Quintus locus est in scholiis ad Eurip. *Alcest.* (Fragm. XXIX,) sed ibi in codd. non legitur voc. *Μακεδονικά*, ut mox dicetur.

2 *H. G.* p. 133. Cum Vossio faciunt l. l. Westerm. n. 20 et *disp. de fontt. hist. Dem.* p. 7 n. 18; Droysen, *Gesch. d. Nachf. Alex.* p. 671; Schmidt, *de fontt. expedd. Gall.* p. 17 sqq. Idem sensisse videtur Jonsius, *Scr. Hist. phil.* II. 2. 3 p. 146.

3 Ad Diodori l. l. Ejus sententiae favent Panofka, *Res Sam.* p. 91; Clinton *Fast. Hell.* II p. 497; Heynius, *Comm. III de fontt. et auctor. Diod. Sic.* p. 112; Heeren, *de fontt. Plut.* p. 68; Sintenis ad Plut. *Pericl.* p. 195; Grauert, *hist. u. philol. Anal.* I p. 216 n. 20; Kraner ad Plut. *Phoc.* IV p. 7.

ciae principes viri eodem anno vita sunt defuncti. Ut igitur ab horum obitu Duris peropportune potuit *Hellenica* ordiri, ita ante Amyntae necem ordiri *Macedonica* haud potuit [1]. Quae enim, mortuo Amynta, suppressa fere ipsa jacebat Macedonia, ea ubi semel Philippus imperii habenas susceperat, adeo se erexit, ut totius Graeciae sensim et victrix evaderet et domina. Ab hoc tempore una esse quodammodo Graecarum civitatum et Macedoniae historia coepit, una fuit sub Alexandro, mansitque diu per acerrimas illas contentiones, quas ducum ejus et successornm ambitio excitavit et aluit. Quocirca qui ab ea aetate scribere inciperet, a qua incepisse Duridem constat, is *Hellenica* a *Macedonicis*, *Macedonica* ab *Hellenicis* sejungere nullo potuit modo, sed magna operis parte conjunctim utraque explicare debuit [2]. Quod autem hinc perquam est probabile, hoc ex fragmentis certo elicitur, *Historias* Duridis sive *Hellenica* cum *Macedonicis* unum constituisse opus. Ut enim alia

1 Hac de causa nollem Vossius, Diodori tum immemor, sic scripsisset: »Diversum tamen opus fuerit *Μακεδονικῶν καὶ Ἑλληνικῶν*, si *Μακεδονικά* Duris altius quam a Philippo M. orsus fuit; sed non video quo argumento id fecisse comprobetur.«

2 Theopompus quidem ab *Hellenicis* sejunxit *Philippica*, sed hoc illi omnino fuit necesse, qui inde de rebus Graeciae exponere ordiretur, ubi scribere desierat Thucydides. Vid. Polyb. VIII. 13. 3. Cff. Pflugk, *de Theop. vita et scr.* p. 35 sqq. et Eyssonius Wichers, *Theop. Chii fragm.* p. 19 sqq.

si non majore, at pari certe jure ad *Macedonica* proprie sic dicta referenda sunt; ita traduntur *Macedonicorum* libro VII narrata, quae post Tyri expugnationem egit Alexander, eodemque libro, sed *Historiarum*, quae ad Persarum spectant instituta [1]. His utique arguitur egregie, *duplici* titulo *unum* signari librum: siquidem utraque illa ad res gestas pertinuerunt Alexandri, et tempore etiam sibi tam sunt propinqua, ut eodem libro commode potuerint absolvi. Nam et aliquamdiu ante Tyrum obsessam Alexander proelia cum Persis commiserat, et post captam urbem duobus fere annis obiit Darius; unde de Persarum institutis moribusque Regum verba faciendi haud semel est Duridi opportunitas nata. Et omnino, si, misso titulo, tam ex librorum numero, quam ex rerum gestarum ordine et temporis, fragmenta illa disponuntur, sicuti sunt infra disposita, apertum fit, non aliud fuisse *Macedonicorum*, aliud *Historiarum* sive *Hellenicorum* opus. Adde, quod Diodorus solam laudat *τῶν Ἑλληνικῶν ἱστορίαν*, *Macedonica* non nominat, etiamsi in Macedonum et Alexandri rebus explicandis Duridem subinde auctorem sequitur [2]. Quapropter unice illa placet sententia, qua nobis Vossius praeïvit, sed ita mo-

1 Fragm. XII, XIII.

2 XVII. 106; XIX. 44. Cff. Fragm. XXI, XXV. An idem existimandum sit de oratorum numero, quos poposcit Alexander, tradito a Diodoro XVII. 15, coll. Fragm. VIII, dubium est.

deranda, ut vera totius operis inscriptio habeatur *Ἑλληνικὰ* sive *Ἱστορίαι Ἑλληνικαί*, pars vero, quae aevum continebat Macedonicum, titulum etiam in fronte gesserit *Μακεδονικά* [1]. Quod nescio an ex fragmentis recte efficiam. Certe ante *quintum* librum, quo jam ad extremam Philippi aetatem est descensum, insignitur nullus *Macedonicorum* nomine, neque in postremis libris, tempora complexis, quibus concuti graviter et disjungi Macedonicum imperium, recreari paulisper seque erigere Graecia coepit, reperitur nisi *Ἱστορίαι* inscriptus [2]. Qui vero *Macedonicorum* titulum malit a grammaticis repetere, librorum inscriptionem ex argumento interdum excitantibus, ei favere quidem video, quod quae fragmenta *Macedonicorum* supersunt, ad Macedonum res gestas imperiumque fere omnia spectant; sed et plura eo nomine proferuntur, et a diversis scriptoribus, quorum Athenaeus ceteroquin *Historias* plerumque solet laudare, ubi Macedonum res ex Duridis commentariis adumbrat [3]. Quapropter *Μακεδονικῶν*

1 Sic tollitur quae Wesselingio princeps fuit dubitandi causa, quasi Duris ulterius commentatione sua progressus sit, quam tempora et facta forent Macedonica.

2 Non tamen negaverim, si ita opus sit, posse Fragm. XXXI-XXXIII, quibus de Polysperchonte narratur et Demetrio Poliorceta, ad *Macedonica* referri. Cf. Schmidt l. c. p. 18. Fallitur vero Heynius l. c. ubi ab Athenaeo dicit *Macedonicorum* librum XXII laudari.

3 De operis inscriptione sic judicat Westerm. *de fontt. hist. Dem.* l. l. »Nec repugnabo, si quis conjiciet, titulum fuisse *Ἑλλη-*

titulus quin ab ipso sit Duride profectus, haud equidem dubito.

A titulo operis ad oeconomiam examinandam properantes, aliquantisper nos morari Eudocia jubet; *Περσικὴν* enim *ἱστορίαν* Duridi auctori tribuit [1], aliis omnibus ignoratam. Quae autem illa? Num Eudociae debetur ingenio? Vero; nec tamen consulto falsa tradidisse videtur, sed vel inscia vel memoria lapsa *Περσικὴν ἱστορίαν* appellasse, quam *τῶν Ἑλληνικῶν ἱστορίαν* vel *Μακεδονικὰ* appellarunt alii. Cujus rei ratio in promptu est. Duris enim ut Hellenica enarrans necesse habuit de Macedonicis exponere, ita simul tam aegre potuit omittere Persica, ut et propter Alexandri victorias, et propter bella ab ejus ducibus gesta et successoribus, plurimum ei esset Persicis inhaerendum. Itaque Eudocia quum ex *Hellenicis* quaedam legisset alibi excerpta, quae ad Persarum regionem moresque respicerent, satis negligenter hinc illum operi titulum paravit [2].

νικαὶ καὶ Μακεδονικαὶ ἱστορίαι, aut solum *ἱστορίαι*, ita ut, qui laudant *Μακεδονικά*, ex re potius inscriptionem petiisse videantur.»

1 Eudocia p. 129 v. *Δοῦρις*. Tam depravata nominis scriptura, quam negligentia Eudociae Meinekium ioduxit, ut in *Obss. in Eudoc. Viol. (Bibl. d: alt. Litterat. u. Kunst.* P. V. *Ined.)* p. 41 haec notaret: «Hunc locum pauca verba cootioentem Eudocia videtur ex suo ingenio dedisse, qui ioterdum ejus mos est.»

2 Hujus Scholiastarum et Lexicographorum arbitrii meminit Preller, *Polem. Perieg. fragm.* p. 20, qui laudat O. Jahn, *Palamedes* p. 32 sq.

Exoritur denique Scholiastes Euripidens, qui Duridis citat *Λακεδαιμονικά* [1]; sed nisi ex scribarum errore inscriptio illa orta sit, bonum hominem quum ea traderet dormitasse fere dixerim. Non videtur Duris, sicut fecit Theopompus, tantis digressionibus in scribendis *Historiis* nsus, ut, quo clarius quaedam elucerent, per unnm vel plures libros iis explicandis vacaret, indeque adeo novam peteret iisdem libris sive excursionibus inscriptionem [2]. Si enim librum illum XVI, qui ex *Lacedaemonicis* laudatur, hinc nomen accepisse statnerimns, qnod eo *κατὰ παρέκβασιν* Lacedaemoniornm res enucleatius fuerint expositae; quo tandem modo expediemus verba Athenaei, ubi ex *Historiarum* XVI hausisse sè dicit, quae refert de Demetrii Phalerei luxuria, quo tempore is Cassandri Macedonis amicitia fretus inter Athenienses vitam degebat [3]? Sane qui liber de Lacedaemoniorum historia singulatim ageret, qua potuerit ratione interiorem simul Athenarum conditionem illustrare, mihi quidem non liquet. *Μακεδονικά*, non *Λακεδαιμονικά* scribi oportere, certum est.

1 Fragm. XXIX, quod scholion misere est turbatum. Nunc ibi pro *Λακεδαιμονικῶν* scribitur recte *Μακεδονικῶν*, de conjectura Viri cujusdam doctissimi, prodita in censura Euripideae *Alcestidis* ed. Monk., *Quaterl. Review* 1816 Vol. XIV No. 29 p. 119.

2 De hoc Theopompi more agunt l. l. Pflugk. p 38 sqq. et Wichers p. 26 sqq.

3 Fragm. XXVIII.

Hellenica igitur, ut e Diodoro vidimus, Duris incepit a memorabili illo anno, quo tres exstincti sunt primarii Graeciae viri, sive ab Ol. CII. 3. Operis oeconomiam fragmentorum ope illustrare conabor. E *primo* libro nihil proditur, nisi quod jam in ipso exordio perstrinxerit Ephorum atque Theopompum, tanquam propter dicendi genus nec laudandos neque adeo imitandos [1]. *Secundo* egit de bello Phocensi, cui quam assignaverit originem, paucis traditur [2]. Itaque eo jam pervenerat ad Ol. CV. 4 [3], id est, annum quintum et decimum post Amyntae obitum. Licet autem ignoretur, an totum bellum eodem libro absolverit, veri tamen est simillimum, *primum* librum non ultra decem annorum historiam continuisse, ad Ol. CV. 1, quo Thebanorum custodia elapsus paternum regnum sibi vindicare Philippus studuit [4]. De Philippo, quem obtruncatum tradunt Ol. CXI. 1 [5], scripsit etiam *quinto* [6]; quae vero ex hoc libro nobis restant, certam non indicant aetatem. Vel sic tamen, quum *septimo* jam peracta fuerit narratio de expugnatione Tyri [7], captae Ol. CXII. 1 [8], eoque de Persarum institutis dixerit [9], *quintum* librum in morte

1 Fragm. I. 2 Fragm. II.

3 Cf. Clinton, *Fast. Hell.* p. 150.

4 Diod. l.l. 2. 5 Diod. l.l. p. 94.

6 Fragm. VII, quo quae narrantur fortasse pertinuerunt ad obitum Philippi ejusque ingenio illustrando inservierunt.

7 Fragm. XII. 8 Diod. Sic. XVII. 46. 9 Fragm. XIII.

Philippi finem habuisse haud scio an probabiliter conjiciam [1]. Hinc a *secundo* ad *quintum* enarrata historia est annorum quatuor et viginti.

Itaque *sextum* librum ab Alexandro orsus esse videtur; sed quae ex *octavo* [2] proferuntur quaeque ex *nono* [3], quamvis ad Alexandrum referenda, certam temporis notam non ferunt; nec belli narratio, inter Olympiadem et Eurydicen gesti, libri numerum adscriptum habet [4]. Verumtamen si quid video, *decimi* libri fragmentum aliquid nobis lucis affundit: Continet contumeliam Pytheae oratoris in Demosthenem jactatam [5]. Referri haec possit ad mutuam illam *λοιδορίαν* Pytheae et Demosthenis in Arcadia, mortuo haud ita pridem Alexandro [6], sed praestat tamen, nisi fallor, hic cogitare litem Harpalicam, ut significetur *ἡ Δημοσθένους κατηγορία*, qua Pytheas *πονηρίαν τῷ Δημοσθένει καὶ κακίαν τὴν ἐξ ἀνθρώπων πᾶσαν ἐνοικεῖν* dixit [7]. Quae quidem accusatio in primis effecit, ut pecuniae Harpalicae damnatus Demosthenes Athenis fugere cogeretur [8].

1 Schmidt, *de fontt. expedd. Gall.* p. 18, historiam libro *sexto* perductam fuisse autumat usque ad Alexandrum regno paterno potitum.

2 Fragm. XV. 3 Fragm. XVI.

4 Fragm. XXIV. 5 Fragm. XX.

6 Plut. *Vit. Demosth.* XXVII, coll. Diod. Sic: XVII: 10.

7 Sunt verba ex Dionysii Halic. *de Isaeo judicio* IV (Vol. V p. 592 ed. Reisk.)

8 Plut. l.l. XXVI et in *Vitis X Oratt.* quae sub ejus nomine feruntur p. 364 sq. ed. Reisk., ad quem locum cf. Westerm. p. 76 n. 38.

Lis autem illa quum acta sit Ol. CXIII. 4 — CXIV. 1 [1] et paulo post diem Alexander obierit [2], conjicio ad *decimum* librum usque Duridem res perscripsisse Alexandri tempore gestas; conjicio, a *sexto* ad *decimum* historiam eum tradidisse annorum duodecim.

Reliquorum librorum oeconomia obscurior est. *Decimo quinto* de Arcadia egit et Orchomeno urbe [3]. Jam vero si reputas, defuncto ante aliquot annos Alexandro, Cassandri ducem Apollonidem in Arcadiam fecisse impetum, ipsumque Cassandrum per proditionem Orchomenum cepisse, Ol. CXVI. 2 [4], habes quod suspicere, hoc argumentum tractatum fuisse libro *decimo quinto*. Cui conjecturae favet fragmentum ex *decimo sexto*, quod ad Demetrium spectat Phalereum, qui Athenis ab Ol. CXVI. 1 — CXVIII. 2 praefuit [5]. Sic igitur Duris a libro *undecimo* ad *decimum quintum* absolvit decem fere annorum historiam.

Porro praeter duo fragmenta e libro *decimo sexto*, quorum alterum est illud de Demetrio Phalereo, alterum de Alcestide [6], quaedam e *decimo septimo*

1 Cf. Westerm. l.l. 2 Diod. Sic. XVII. 117.

3 Fragm. XXVI. 4 Diod. Sic. XIX. 63.

5 Fragm. XXVIII. Quamquam autem hoc fragmento etiam tempus notatur, quo Archon Demetrius summum gessit in urbe magistratum, Ol. CXVII. 4, hujus tamen rei obiter sub finem fit mentio, cetera vero pertinere patet ad Ol. CXVI—CXVII. Cf. porro nota ad l.l.

6 Fragm. XXIX. Hoc libro simul de Argonautarum expeditione breviter videtur retulisse, ut superiore de Gigantomachia.

Polysperchontis ingenium declarant [1]; alia e *secundo et vicesimo* deprompta ad Demetrium pertinent Poliorcetam, cujus tum luxuriam [2] explicant, tum in urbem Athenarum introitum, effusa turpique Atheniensium adulatione insignem [3]. Qui introitus incidit in Ol. CXIX. 3; ex quo hoc certe colligimus, Duridem a libro *decimo sexto* ad *vicesimum secundum* res Graecorum complexum esse, plus tredecim annis domi militiaeque gestas.

Quousque vero in Hellenicis exponendis processit Duris? Locus ex *vicesimo tertio* libro *Historiarum* servatus est de heroum Homericorum vinolentia [4]; sed reliquorum librorum laudatur nullus. Verum enim vero hic iterum nobis egregie succurrit narratio de Lysimachi Regis cane [5]. Cecidit is in bello contra Seleucum Ol. CXXIV. 4, quod (ut Justini verbis dicam) *ultimum certamen commilitonum Alexandri fuit et, velut ad exemplum fortunae, par reservatum* [6]. Nec mirum adeo si hic sibi Duris scribendi terminos posuerit, qui hoc ipso tempore jam ad senilem aetatem accessisset. Quod si ponimus, totum *Hellenicorum* volumen credibile est *octo et viginti* circiter libris constitisse, nonaginta annorum historiam complexis.

Late igitur patuit hujus operis ambitus, fuseque

1 Fragm. XXXI.
2 Fragm. XXXIII.
3 Fragm. XXXII, ubi vide notam.
4 Fragm. XXXIV.
5 Fragm. XXXV.
6 Justin. XVII. 1.

Duris gravissimum argumentum explicuit. Nam, etsi in iis quae Philippi regnum antecesserant, pro minore rerum pondere, brevior fuit; quo tamen propius ad sua accessit tempora, eo enucleatius res Graeciae perscripsit; in sua vero aetate illustranda velut habitavit. Ipse qua usus sit tempora computandi ratione, a quo exierit temporis puncto, incertum est. Ad Alexandri quidem in Asiam expeditionem ab excisa Troja mille numeravit annos [1]; imo alibi dicitur Hellanicum secutus diem etiam horamque expugnationis terminasse [2]; sed an hinc statui oporteat, hanc illum computationem per totum opus observasse, dirimere non ausim, etsi per Olympiades primus fertur computasse ejus aequalis Timaeus [3].

II.

ΤΑ ΠΕΡΙ ΑΓΑΘΟΚΛΕΑ.

Post *Hellenica* Duris ad *Τὰ περὶ Ἀγαθοκλέα* animum convertisse videtur, sive, ut semel vocantur,

1 Fragm. X. 2 Fragm. XI.

3 Cf. nota ad Fragm. XI. Natalis Timaei annus a Goellero, *Timaei fragm.* p. 181, refertur ad Ol. CVI; verum ante Ol. CVIII natum illum non esse, probat Westermannus ad Voss. l.l. p. 120 n. 26. Decessit autem Timaeus aetatis nonagesimo sexto.

τὰς περὶ Ἀγαθοκλέα Ἱστορίας [1]. Quos libros per se *singulare* constituisse opus, neque *Hellenicis* velut alteram fuisse sectionem subjectos, satis certum habeo; etsi non abhorruisse scio a veterum historicorum more, ut altera sectione persequerentur, quae vel alibi minus apte potuissent exponi vel uberiore explicatione digna censerentur. Scripsit enim, ut hoc utar, Timaeus *Sicula* et *Hellenica*, scripsit item *de Agathocle*, ita quidem ut *Historiarum* postremi quinque libri appendicis loco perpetuam continerent de rebus Agathoclis narrationem [2]. At vero Duridis *Τὰ περὶ Ἀγαθοκλέα* suo semper titulo suoque numero citari videas [3]. Ea-

1 Hoc nomine utitur Athenaeus XIII p. 605 E (Fragm. XXXIX). Laudatur etiam Duris *ἐν Τῷ περὶ Ἀγαθοκλέους*, Fragm. XLIII Atque sic, etiamsi hoc exemplum ignorabat, Schweighaeuserus primum legi ubique voluit (v. ad Athen. XII p. 541 F); sed postquam viderat, et Calliam citari *ἐν τοῖς περὶ Ἀγαθοκλέα*, non *περὶ Ἀγαθοκλέους*, et animadverterat similes aliorum titulos, eam sententiam misit. Vid. *Ind. Auct.* v. DURIS p. 100. Et recte quidem: nam latius patet *Τὰ περὶ Ἀγαθοκλέα* inscriptio et convenit magis huic Duridis operi, quo praeter res Agathoclis ea tetigisse videtur, quae circa ejusdem aetatem memorabilia facta essent tam in Sicilia, quam in vicinis regionibus, sed aliquo tamen modo cum tyranni historia conjuncta.

2 Cf. Goeller l. l. p. 183, 241.

3 Heynius tamen, *Comm. III de fontt. Diod. Sic.* p. 112, *Τὰ περὶ Ἀγαθοκλέα* partem fecisse magni *Historiarum* voluminis suspicatur, ut pro prima parte habeat *Hellenica*, pro secunda *Macedonica*, pro tertia denique *Τὰ περὶ Ἀγαθοκλέα*. Carpit iccirco Heynium Schmidt, *de fontt. expedd. Gall.* p. 21, ipse gra-

dem de causa *Hellenicis Τὰ περὶ Ἀγαθοκλέα* fuisse intexta, negare haud vereor. Neque etiam salvo narrationis ordine dilucidaque rerum expositione commisceri utrasque illas *Historias*, genere diversissimas, potuisse, sua quisque sponte intelligit. Satis de titulo. De ipso nunc est opere anquirendum.

Syracusarum tyrannidem occupavit Agathocles Ol. CXV. 4 [1], retinuit vero ad mortem usque, Ol. CXXII. 4 [2]. Hos igitur octo et viginti annos continuerunt Duridis *περὶ Ἀγαθοκλέα Ἱστορίαι*, amplissime profecto tractatos, modo earum, ut traditur, *decimus* liber fuerit. Praeter res autem ab Agathocle gestas ipso, tempora Agathoclis adumbrasse Duris videtur, quod et subindicat titulus et comprobant fragmenta. Gravissimis utique rebus uberrima, latum illa aetas praebebat historico dicendi campum, in quo libere ei evagari liceret. Quid enim Agathocles? *Ἰδιαίτατα πάντων*, ait Diodorus [3], *ἐτυράννησε τῶν Συρακουσίων, ἀφορμαῖς μὲν*

vioris etiam erroris culpandus. Ait enim: »Profecto opus, quo de Agathocle egit, continuationem quasi *Historiarum* fuisse probabillimum est, ita ut his duobus scriptis ultra annum 289 a. C. n. Duris non progressus sit.« Atqui, si argumentum cogitas, *Τὰ περὶ Ἀγαθοκλέα continuatio* esse *Historiarum* non potuerunt, si vero tempus, quomodo non ultra Agathoclis mortem narrationem Duris pertexuit, quem ad Ol. CXXIV. 4 processisse supra demonstravi?

1 Diod. Sic. XIX. 2.

2 Diod. Sic. XXII. Ecl. 12. Cf. Clinton, *Fasti Hell.* p. 192.

3 XIX. 1.

ἐλαχίσταις χρησάμενος, ἀτυχήμασι δὲ μεγίστοις περιβαλὼν οὐ τὰς Συρακούσας μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν Σικελίαν τε καὶ Λιβύην. His potissimum *ἐλαχίσταις ἀφορμαῖς* illustrandis operam Duris libro *primo* dederit, quo enm viam puto tradidisse, qua ad tyrannidem occupandam Agathocles processisset, variasque enarrasse rationes, quibus recens paratam esset firmare et stabilire conatus. Agathocles autem, posteaquam multa expugnaverat Siciliae oppida, vexaverat in primis Messenios contraque Hamilcarem ad Himeram fl. rem infeliciter gesserat, astute simul et audacter bellum tansferre in Africam studuit. Itaque suscepta est in Libyam expeditio, bellumque in ea regione per quatuor aunos continuos gestum [1]. Haec Duris tractavit libro *secundo* *Τῶν περὶ Ἀγαθοκλέα*, qui liber hinc nomen traxit *τῶν Λιβυκῶν*, sive illi a Duride inditum, seu a Scholiastis et Grammaticis. Falso enim *τὰ Λιβυκὰ* pro peculiari opere haberi solent [2], auctoritate maxime Scholiastae Aristophanei, qui fabulam anti-

1 Diod. Sic. XX. 69.

2 Panofka quidem, *Res. Sam.* p. 91, de *Libycis* dubitat, sed et *Ἑλληνικὰ* et *Μακεδονικὰ* et *Λιβυκὰ* judicat omnia sectionem aliquam fuisse *Historiarum*; contra *Τὰ περὶ Ἀγαθοκλέα* pro opere habet singulari, qua de re sic p. 93 disputat: « Mihi quidem non ad magnum illud opus *ἱστοριῶν* pertinuisse videntur, et propter nominis diversitatem, et propter rem minoris quidem ambitus, a Duride tamen uberius et enucleatius expositam, quam universalis historiae ratio ferre potest. »

quam de Lamia e Duride expositurus *τῶν Λιβυκῶν* laudat librum *secundum* [1]. Quo quidem numero cave ne in errorem inducare. Eundem librum *Τῶν περὶ Ἀγαθοκλέα* laudat Athenaeus, ubi de Sirite narrat, e *Libya* homine [2], eandemque fabulam Diodórus [3] habet, ubi bellum describit, ab Agathocle in Africa gestum. Et vero quum Duris non res solum ab Agathocle in Libya gestas tradiderit, sed regionis etiam priscam attigerit historiam, geographiam attenderit [4], nemo facile reperietur qui dubitet, *secundum Τῶν περὶ Ἀγαθοκλέα* jure a Duride inscribi vel a posteris nominari potuisse *τῶν Λιβυκῶν secundum*. Hinc denique Eudocia, quam in *Hellenicorum* titulo citando falsam esse supra demonstravi, *Λιβυκὰ* Duridis nova incuria laudavit [5]. Nunc paululum digressus illuc revertor.

Expositis quae ab Ol. CXVII. 3 — CXVIII. 2 in Libya tam ipse peregisset Agathocles, quam qui postea cum copiis ibidem est relictus Archagathus, libro *tertio* Duris res Siciliae vicinarumque regionum tractasse videtur. Nam etiam quae in Italia fierent subinde eum tangere debuisse, nemo non

1 Fragm. XXXVII. E Scholiasta hauserunt alii, ut ibi in nota indicatur.

2 Fragm. XXXVI.

3 Diod. Sic. XX. 41.

4 Huc refero locum de Nili fontibus, quos in Libya esse credidit, Fragm. XXXVIII.

5 v. *Δοῦρις* p. 192.

intelligit. Hinc quaedam ex eo libro supersunt de Cleonymo Spartano, qui Tarentinis auxilio missus virgines obsides in pacti fidem a Metapontinis exegit [1], Ol. CXIX. 2, itemque statuerat dissolvere Agathoclis tyrannidem [2]. Reliqua *Τῶν περὶ Ἀγαθοκλέα* historia quo fuerit modo, quot libris tractata, non liquet. Unicum fragmentum e *quarto* citatum de Eurybato agit, Ulyssis amico [3]. Ex incerto libro superest traditio de numero caesorum bello Samnitico, post P. Decii pro patria devotionem, Ol. CXXI. 2 [4]. Tandem *decimo* verba fecisse dicitur de luco prope Hipponium, quem Geloni auctori tribuit [5]. Sed fateri non vereor, mihi denarium illum numerum perquam esse suspectum. Si enim *tertio* jam versatus est Ol. CXIX. 2, adeoque anno tyrannidis Agathocleae decimo quarto, qua quaeso ratione totidem annos, quot illius perduravit imperium, *septem* libris a Duride tractatos existimemus? Vitium procul dubio contraxerunt Athenaei verba, ubi quod scribitur *ἐν τῇ δεκάτῃ* profectum credo ex scriptura *ἐν τῇ δ'*, ut Duris *quarto* libro, non *decimo* Hipponii urbis meminerit. Urbem obsedit Agathocles cepitque Ol. CXXI. 4,

1 Fragm. XXXIX. 2 Diod. Sic. XX. 104. 3 Fragm. XL.

4 Fragm. XLI, quod Heynius, *Comm. III. de fontt Diod. Sic.* p. 112 n. falso ad *Macedonica* refert, colligens inde, Duridem barbarorum quoque res iis esse complexum.

5 Fragm. XLII.

ibique navale exstruxit [1]; unde patet, qua opportunitate lucum Gelonis Duris memoraverit. Quapropter totum opus non plus *quinque* libros continuisse dixerim; totidemque Timaeus de Agathocle edidisse fertur.

III.

ΣΑΜΙΩΝ ΩΡΟΙ.

Post *τῶν Ἑλληνικῶν καὶ τῶν περὶ Ἀγαθοκλέα Ἱστορίας* primi in censum veniunt *Samiorum Annales*, *Σαμίων Ὧροι*, ut hodie recte vocantur [2].

1 Cf. nota ad Fragm. laud.

2 Emendavit ita Schweighaeus. vulgatam lectionem *Ὅροι*, *Fines*, quam tuiti sunt Vossius *H. G.* p. 133 et alibi; Jonsius, *Scr. Hist. Phil.* II 2. 3. p. 146, aliique. Etiam Beckmannus ad Antig. Caryst. CXXXII p. 182 *Ὅρους* appellandos censet: eum enim familiarem fuisse credit antiquis scriptoribus titulum, ubi alicujus urbis *τοπογραφίαν* aut antiquitates in literas referrent. At Schweighaeuserus, quum attenderet ejus nominis scripta ad Ionicas pertinuisse civitates et Ionicos habuisse auctores, quorum sermone *Ὧρος annum* significaverit, et *Ὡρογράφοι* dicti sint *Annalium scriptores*, jure miratus, quod in infinito numero librorum historicorum ne unus quidem reperiretur, cujus in titulo vestigium conspiceretur vocabuli *Ὧρος*, primus membranarum aliquot auctoritate dedit *Ὧροι*. Vide quae disputat ad Athen. IV. p. 175 E (*Anim.* T. II p. 645 sqq.) et in *Ind. titul.* ad Athen. Tom IX p. 278. Neque parum equidem huc conferre arbitror, quod antiquos Samiorum *Annales*, non *Fines* Lactantius citat, *de fals. rel.* I. 6. 9. De lectione *Ὧροι*

Samium hominem Samiorumque tyrannum literatissimum hujusmodi argumento elaborando in primis fuisse delectatum, non utique est quod magnopere miremur. Si qua sive gentis seu regionis fata arridere ejus studio potuerunt, quanto magis ei arrisisse par est suorum civium patriaeque historiam? Qua autem ratione tractaverit, quantum ex fragmentis conjectura potest effici, paucis dicendum.

cf. etiam Westermannus ad Vossium l.l. p. 21 n. 66, admonens ne temere neque ubivis pro *Ὅρων* in librorum titulis substituatur *Ὥρων*. Quod in titulo operis, a Charone Lampsaceno editi, faciendum esse ipse Schweighaeuserus dubitavit, negavit vero Creuzerus, *Hist. Graec. fragm.* p. 123 sqq., ubi illud τοῖς *Ὥροις* excipiendum atque inter τοὺς *Ὅρους* recipiendum probare studuit. Et de Charone quidem propter Suidam, s. v. Tom. III p. 658, id Viro Celeb. facile largior, licet ceteroquin *Ὅρων* inscriptio convenire magis geographo dixeris quam historico. Accedit quod *Ὧροι* non excludant *Ὅρους*, sed probe potuerunt complecti. Quomodo vero in librorum titulis *Σαμίων Ὅρους* Panofka, *Res Sam.* p. 92, intelligat de litibus Samiorum et Prienensium, propter agri vicinitatem exortas, alii perspiciant. Tandem *Σαμίων Ὧροι* Duridis commentarii vocantur a Kranero, *Vit. Phoc.* p. 11; sed hoc typothetae errori potius quam editori deberi puto. — Philosophorum autem libros, qui dicebantur *Ὅροι*, velut Antipatri et Chrysippi (Diog. Laërt. VII. 1 60; 1. 65; 7. 189, al.), longe aliud quid spectasse et disputationes continuisse dialecticas, vix est quod moneam. — Denique, ut ad Samum revertar, *Σαμίων Ὥρων* sive *Ὥρων Σαμιακῶν* juxta Duridem auctores nominantur Alexis et Aëthlius Samii, ab Athenaeo aliisque plus semel laudati. Adde Potamonem Mitylenaeum, quem Suidas s. v. Tom. III p. 161 et Eudocia p. 355 citant; Olympichum, cujus meminit Clemens Alex. *Protrept.* p. 30 C ed. Sylb. De aliis infra dicetur. Cf. Panofka l. c. p. 1.

Servato igitur justo temporis ordine, Sami historiam ab antiquissima inde aetate illis est commentariis persecutus: exstant enim, quae ad Olymp. XXX sunt referenda [1]. Egit de rebus tam belli quam pacis, sacris et civilibus institutis, artibus et literis; nec minus totam insulae geographiam et topographiam, quam vocant, tetigit et adumbravit, in antiquis etiam monumentis memorandis describendisque operam posuit. Quae omnia, ut modo dicebam, ad annorum quidem seriem Duris digessit, sed tamen, procul a jejuna ista narratione, qualis esse *Annalium* vere ita dictorum solet, non satis habuit singula enumerare nudeque exponere, sed ad res ipsas attendisse earumque causas spectasse et eventus videtur. Atque ita plus eum dedisse quam *Annalibus* vulgo solet contineri, clare hinc perspicitur.

Samiorum Annalium bis laudatur liber *secundus*, quo de Pherecyde [2] dicitur et Pythagora [3]. Porro, libri numero addito, a nemine *Annales* citantur, nisi a Scholiasta Euripideo, qui quaedam se hausisse testatur ex τῷ ιβ' τῶν Ὥρων [4]. Cave autem credas. Hic manifestus est vel Scholiastae ipsius vel librariorum error. Res, quae inde dicitur petita, ad bellum pertinet inter Athenienses olim et Aeginetas gestum. Bellum illud, ab Hero-

1 Fragm. XLVIII. 2 Fragm. LVI.
3 Fragm. LVII. 4 Fragm. LV.

doto quoque narratum, incertae quidem est aetatis, sed ad Pythagorae tamen tempora prope accedit. Jam vero si *Annalibus* id scriptum fuisse reputaveris, id est, libris historicis ad annorum rationem et successionem probe compositis, Scholiastae verba ἐν ΤΩΙ ΙΒ, ut nunc leguntur, e vera scriptura ἐν ΤΩΙ Β corrupta esse haud dubitabis [1]: Vel sic tamen duobus tantum, nec pluribus libris *Annales* constitisse, longe ut pntem abest; imo esse plures debuerunt, si, qnod credibile est, Dnris ad suam usque aetatem Sami historiam et antiqnitates pertexuit.

Verbo monendum de *Samiorum Annalium* fragmentis, in quibus, prouti a me sunt disposita, leguntur quatuor, quae non ad Samiorum, sed ad Alcibiadis historiam spectant [2]. Non defuerunt, qui ea in *Hellenicis* scripta fuisse existimarent;

1 Eodem modo depravata est lectio apud Scholiastam Aristoph. *Avv.* 521, ubi laudatur Sosicratis *Κρητικῶν ιβ'*, contra apud Zennb. *Prov.* V. 81. p. 153 recte *β'*, ad q. l. vid. Leutschius. Ex Euripidis autem Schnliasta qund Pannfka l l. Duridis non *duodecimum* laudet, sed *secundum* librum *Annalium*, id quidem non magis consultn quam casu factum arbitror. Nam neque lectionis *ιβ'* mutandae in *β'* vel verbo meminit, et in contrariam partem disputat p. 93: «Hi Annalinm scriptores (inquit) ad annorum seriem *religiosi* narrationem rerum adstrinxerunt, sed plura, quae in priora tempora cadebant, posterioribus in libris retulerunt, recentinrum rerum mentione in primo jam libro facta.» Quae tamen *Ὡρογράφων religio* me nnn movet, ut a sententia vel hilum recedam.

2 Fragm. LXII—LXV.

sed quum ab Ol. CII. 3. *Hellenica* initium duxerint, his de Alcibiade vix eo modo potuit agi, quo actum esse fragmenta declarant. Reputanti igitur, patria extorrem diu in Samo Alcibiadem egisse, castra etiam habuisse; attendenti maxime generis propinquitatem, quam Duridi scimus cum Alcibiade intercessisse, mihi non absonum visum est, sed admodum probabile, in *Samiorum Annalibus* prolixius de Alcibiade fuisse narratum. Duridem igitur, qui ex eo ortum se praedicabat, opportunitatem proavi sui celebrandi lubenter arripuisse crediderim, fatisque ejus velut *κατὰ παρέκβασιν* exponendis haud parum sibi placuisse. Ex iisdem denique *Annalibus* petita puto, quae de priscis Graeciae Sapientibus, Thalete, Pittaco, Biante, Cleobulo [1], Diogenes Laërtius ex Duride recepit Diogenes *Samiorum Annales* ipse in Pherecyde citat. Duris autem vel propter hunc unum Pherecydem ceterorum virorum, qui *Sapientum* nomine in Ionico orbe inclaruerant, meminisse, deque eorum patria et genere (quae fragmentorum illorum natura est) tradere si non necesse habuit, at potuit facillime [2].

1 Fragm. L—LIII.

2 Westerm. ad Voss. *H. G.* p. 133 n. 23 suspicatur, ea desumpta esse e libro *de septem sapientibus*. Scripsisse quidem *Περὶ τῶν ἑπτὰ σοφῶν* Hermippus fertur apud Athen. X. p. 443 (cf. Vossius l.l. p. 138 sq.), quo opere Diogenes aliique saepe sunt usi, sed Duridi ut simile scriptum tribuamus, nihil est quod suadeat.

IV.

ΠΕΡΙ ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΚΑΙ ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ.

Memorat Athenaeus librum Duridis *περὶ Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους*, e quo Alcibiadem a Pronomo doctum refert tibia canendi artem [1]. Fuit qui conjiceret, argumentum hujus opusculi criticam fuisse disquisitionem, quam in Euripidis et Sophoclis fabulas Duris instituisset [2]; atque vere quodammodo ille conjecisse mihi videtur, sed nolim discerni ab opere

ΠΕΡΙ ΤΡΑΓΩΙΔΙΑΣ,

cujus item uno loco Athenaeus meminit [3], sive hic alter fuerit libri titulus, sive hujus scripti illud partem fecerit. Quod si ponitur, parum abest quin aliquatenus historicum etiam opusculum habeam, quo universe tragoediae originem persecutus

1 Fragm. LXXI.

2 Panofka l. c. p. 93, cujus hic totum apponam judicium: « Liber omnibus quos scripsit certe inferior, quum destitueretur facultate critica et ingenio ad has praestantissimas fabulas percipiendas formato. » Idem haec obscuriora etiam in nota subjungit: « Talis liber si aderat de tragoedia ejusque principibus, Duridis fratrem potius quam Duridem auctorem poterat habere. »

3 Fragm. LXXII. Hujus commentarii caussa Duris reponitur a Fabricio *Bibl. Gr.* Vol. II. p. 297 ed. Harl. in *Notitia tragicorum deperditorum*.

sit et historiam, totamque adumbraverit tragicae scenae rationem; propius autem spectaverit Euripidem et Sophoclem, eorumque in tragicam poësin merita, quibus et Aeschylo et sibi invicem uterque palmam pracripuerint [1]. Nec tamen invideo, si cui alia videantur probabiliora.

V.

ΠΕΡΙ ΝΟΜΩΝ.

Edidit etiam librum *Περὶ Νόμων*, praeterquam in *Etymologico M.* nullibi laudatum [2]. Quod argumentum antiquitus satis fuisse tractatum, ne

1 Aliud egisse Heraclidem Ponticum indicat titulus *Περὶ τῶν παρ' Εὐριπίδῃ καὶ Σοφοκλεῖ*, quod opus tribus libris constabat et a Diog. Laërt. V. 6. 87 sq., una cum libro singulari *Περὶ τῶν τριῶν τραγῳδοποιῶν*, inter τὰ μουσικὰ ejusdem refertur. *Περὶ τραγῳδιῶν* a Diogene V. 1. 26 liber citatur Aristotelis, et Istri Callatiani *Περὶ τραγῳδίας* a Steph. Byz. v. *Κάλλατις* p. 154. *Περὶ τραγῳδοποιῶν* scripsit Aristoxenus, de quo vid. Mahne *diatr. de Aristox.* p. 122 sq., et Hieronymus, laudatus ab Apostol. *Prov.* XI, 41 p. 135 et Suida v. *Ἀναγυράσιος* Tom. I p. 162. *Περὶ Εὐριπίδου* Philochorus opusculum condidit, quod vitam fortasse complexum est et commentarium in Euripidem, idemque absolvit quinque libris *Περὶ τῶν Σοφοκλέους μύθων*, teste Suida s. v. Tom. III p. 612. Cff. Lenzius et Siebelis, *Philoch. fragm.* p. 9. Plura hujus generis scripta nunc non suppetunt.

2 Fragm. LXXIII.

decantatum dicam, magnus comprobat scriptorum numerus, quorum *Περὶ Νόμων* sive *Νομίμων* opera tum ab aliis, tum vero a Scholiastis, Grammaticis, Lexicographis passim citantur. Prodierunt autem sub titulo *Περὶ Νόμων* duplicis generis libri, quorum hi a philosophis scripti meras continebant philosophas sive politicas disputationes, quibus in Legum originem et naturam subtiliter anquirebant; illi ad historiam maxime pertinebant, variaque complectebantur et explicabant populorum instituta, sacra pariter atque civilia [1]. Ad hanc rationem, ut alios taceam, proxime accesserunt Aristotelis *Νόμιμα βαρβαρικὰ* [2], Theophrasti [3] ejusque discipuli Demetrii, quem Phalereum cognominarunt [4], *Περὶ Νόμων* opera; accessit denique Duridis scriptum, morem fortasse Peripateticorum secuti, quo non satis habebant sacros civitatum ritus et civilia instituta nude recensere, sed singula altius repetere et philosopha ratione exponere solebant. Illustrasse autem Duridem non Graecarum solum civitatum,

1 Catalogos utriusque generis scriptorum, qui tamen possunt plurimis suppleri, confecerunt Neumann, *Aristot. rerump. rell.* p. 21 sqq. et Wachsmuth, *Hell. Alterth.* Vol. II p. 438 sqq. Cff. quos laudat Marx, *Ephori fragm.* p. 93 sq. Multum Periegetarum studio atque operae debuisse, quotquot historici *Περὶ Νόμων* sive *Νομίμων* egerunt, animadvertit Preller, *Polem. Perieg. fragm.* p. 192 sq.

2 Cf. Vossius *H. G.* p. 71;

3 Cf. Vossius l.l. p. 75, ibique Westerm. n. 25.

4 Cf. Westerm. ad Voss. p. 111 n. 4.

sed exterarum etiam gentium *Νόμους*, idem ille evincit *Etymologici M.* locus.

VI.

ΠΕΡΙ ΑΓΩΝΩΝ.

Scripsit porro *'Ολυμπιονίκης* ipse *Περὶ 'Αγώνων* librum, ut videtur, singularem [1]. Hoc quoque argumentum plurimos olim in Graecis habuisse, qui sibi sumerent elaborandum, quis ignorat [2]? De Duride id nos celare soli noluerunt Tzetzes et Suidas [3]; sed neuter nos de ratione operis vel tantillum monuit. Antiquorum autem putandus est certaminum historiam eo libro adumbrasse, varia descripsisse certaminum genera ipsamque certandi rationem. Eodem vero opere simul celebratos fuisse quicunque, sive in Olympiacis, seu in ceteris Graecorum ludis, clarum sibi nomen comparassent, neque inscriptio testatur nec fragmenta arguunt.

1 Hunc fecisse partem libri *Περὶ Νόμων*, *ceteris fortasse praestantioris*, suspicatur Panofka l. c.

2 Plurimos recenset Krause, *Olympia* p. VI sqq.

3 Fragm. LXXV, LXXVI.

VII.

ΠΕΡΙ ΖΩΓΡΑΦΙΑΣ.

Tandem huc in censum vocandus est liber *Περὶ Ζωγραφίας*, quo se usum esse semel Diogenes Laërtius fatetur [1]. Hujus igitur artis velut historiam confecisse videtur, qua de singulorum deinceps artificum vita breviter absolveret et illustraret merita [2]. *Samio* a nonnullis opusculum illud

1 Fragm. LXXIX.

2 Cf. Preller l.l. p. 193 sq., qui *triplici* ratione in hoc argumento a scriptoribus elaboratum esse autumat, « ut *aut* de pictorum et statuariorum nominibus et vitis inquirerent, scholasque eorum et successiones ad certam seriem revocarent; *aut* ita ut argumenta (*διαθέσεις*) picturarum nobilium explicarent, indeque quae ad artis historiam et antiquitates attinerent derivarent; *aut* denique ita, ut omnis artis pingendi et statuas faciendi sive disciplinam quandam sive historiam condere conarentur. Horum alios his ipsis artibus nobilissimos fuisse, velut Apellem et Melanthium; alios in antiquariorum modum has *res* tractasse, velut Duridem Samium et Jubam Mauritanium. » Quae distinctio vereor ne nimis sit acuta. *Tertiam* certe rationem nolim a *prima* divelli: qui enim unam iniit, vix potuit ab altera abstinere. Veteres autem utramque conjunxisse, efficio etiam ex Jubae exemplo, qui, ut Prellerus ostendit, ab Harpocratione modo dicitur *Περὶ Γραφικῆς* commentarium edidisse; modo *Περὶ Ζωγράφων*, quo utroque titulo puto unum opus dici. Pariter Antigoni ab Athenaeo XI, p. 474 C. *Περὶ Ζωγράφων* opus citatur, a Plinio *H. N.* XXXV. 36. 5 *De Pictura*.

abjudicatur [1]; sed an jure id fiat justisque de causis, est quod dubitem. Primum ea materies ab antiquitatis studio nequaquam abhorret, imo ita ei est propria, ut in media antiquitate versetur, ideoque invenerit bene multos, qui praeter *Historias* de arte pingendi et pictoribus, sculptoribus, toreuticis libros conscriberent [2]. Tum vero scio equidem, neque a Diogene neque apud Plinium gentile Duridis nomen addi; sed quum uterque alibi *Samium* vel aperte significet vel nominet etiam [3], hunc unice consuluisse putandi sunt, non vero alium ignotum ejusdem nominis scriptorem.

VIII.

ΠΕΡΙ ΤΟΡΕΥΤΙΚΗΣ.

Denique, siquidem sua est *Indici Pliniano* fides [4], scripsit Duris *de Toreutice*. De quo tamen opere

1 Abjudicat Panofka l. c., praeëunte Vossio *H. G.* p. 134, cui adstipulatur Westerm. n. 24.

2 Vide *Catalogum* a Junio confectum, *de Pict. vett.* II. 3. p. 55 sq., receptum a Fabricio, *Bibl. Graec.* Vol. IV p. 248 sqq.

3 Diogenes Fragm. LVI *secundum* laudat τῶν Ὥρων; Plinius *H. N.* XXXVI. 17. 3 diserte *Samium* Duridem de pyramidibus scripsisse narrat.

4 Ad *H. N.* XXXIII, cui addendus *Index* ad XXXIV, quia hic ex iisdem scriptoribus se profecisse testatur. Illo libro quae

quum sileant ceteri scriptores ad unum omnes, neque ipse Plinius quid inde hauserit aperte ostendat, nihil quod moneam habeo [1].

c. 14 scripta sunt de aureo Philippi peculo, videri peterant ex opere *De Toreutice* desumpta esse; sed qui Duridem ejus narrationis auctorem citat Athenaeus, Fragm. III, et eperis titulum reticet, et poculum jubet cegitare auri raritate pretiosum, non singulari confectum artificio; quapropter ea malim ad *Historias* referre. Fortasse Duridi debentur, quae ap. Plin. l. l. c. 6 de anulo Polycratis leguntur. — De Lysippo statuario Duridis sententia traditur a Plinio XXXIV. 19. 6 (Fragm. LXXX). Hanc igitur fieri potest ut opusculo laudato invenerit, indidemque hausta arbitror, sed arbitror tantum, quae de Socrate statuario habet Diogenes Laërt. Fragm. LXXXI. cf. Voss. l. l. p. 134.

1 Plura opera Duridi auctori non tribuuntur. Si proverbiorum numerum spectas, quorum eriginem eum explicuisse et usum fragmenta edocent, poterat videri ad Aristetelia et Theophrasti exempla singulare opus *Περὶ Παροιμιῶν* condidisse; sed sedem illa haud dubie in aliis libris habuerunt. Multo etiam minus propter paucissima fragmenta, quae ad geographiam pertinent, cogitandum de geographico quodam opere existime, ut cenjicit Westerm. ad Voss. l.i. p. 133 n. 22: ab historia enim, quod recte vidit et tenuit, illam noluit esse sejunctam, sed utrumque conjunctim tractavit. *Τὰ Ἐθνικὰ*, ab Eustathio saepissime laudata, Duridi obtrudit Ste Croix, *Exam. crit.* p. 53, quem verbotenus secutum esse Schoellium, *Hist. Litt. Gr.* Tom. II p. 124 ed. Germ. compério ex Westermanni *comm. de fontt. hist. Dem.* p. 7 n. 18. Qua de re miro illo modo disputat: « *Ses deux principaux ouvrages étoient les Ethniques qui commencoient à la mort d'Amyntas, père de Philippe, et finissoient à celle de Jason, tyran de Phères* (Diod. XV. 60), *et les Macédoniques, qui en étant vraisemblablement la suite avoient au moins vingt-trois livres. Le premier offroit beaucoup de détails historiques et géographiques sur les différens peuples de la Grèce* (Plut. T. I p. 369). *Mais on lui reprocha de s'y*

être montré fort partial pour sa patrie, à l'égard des Athéniens. Il me paroît avoir existé encore à la fin du douzième siècle. » Nolumus quidem detractare laudibus, quibus Sanctocrucium liberali manu Wyttenbachius donavit, sed hoc vel maxime asseveraverim, in Duridis vita scriptisque explanandis criticam illi omnino defuisse. Quod ex hoc uno loco cuivis in oculos incurrit. Quae enim in *Samiorum Annalibus* perscripta fuerunt, ad *Ethnica* referuntur, quae dicuntur initium cepisse a morte Amyntae et desiisse in obitu Jasonis, licet, teste Diodoro (ad quem nimirum provocatur!) uterque eodem anno decesserint, indeque Duris exorsus sit scribere *Hellenica*. Unde igitur ista? roges. Ex *Indice*, opinor, in Eustathium Fabriciano negligenter inspecto (*Bibl. Graec.* Tom. III), error ille manavit totus, ubi incerti auctoris quae laudantur *Ethnica*, Stephani fortasse Byzantini majus suot opus, cujus nunc non nisi epitome exstat. Vid. Westerm. *Praef.* ad Steph. Byz. p. XII sqq., coll. Bernhardy, *Jahrb. f. Wissensch. Krit.* 1839. No. 57 p. 454 sqq.

Caput Tertium.

ORATIO DURIDIS, FIDES, LAUDES.

Integra et illibata paucissima fragmenta ad nos pervenerunt, ut adeo ex his de oratione Duridis judicare vix ac ne vix quidem possimus, sed veterum judicio acquiescere cogamur. Et Dionysius quidem Halicarnassensis, quo loco posterioris aetatis historicos censet vetustioribus multum cessisse orationis praestantia, Duridis expresse meminit; quem, pariter atque Phylarchum, Polybium, aliosque innumeros, scitam verborum compositionem scribit omnino neglexisse. *Οὐδεὶς*, inquit, *ᾤετο δεῖν ἀναγκαῖον αὐτὸ εἶναι, οὐδὲ συμβάλλεσθαί τι τῷ κάλλει τῶν λόγων. τοιγάρτοι τοιαύτας συντάξεις κατέλιπον, οἵας οὐδεὶς ὑπομένει μέχρι κορωνίδος*

διελθεῖν [1]. Hinc colligitur, orationem Durideam ad artis praecepta parum fuisse compositam, quippe qua universe membra, quae dicuntur, minus apte essent concinnata, nec satis numerose omnia caderent. Hanc utique dictionis negligentiam minime a Theophrasti discipulo exspectaveris, cujus in singulis verbis delectum summamque orationis suavitatem, dulcedinem, elegantiam uno ore praedicant omnes [2]; sed quis omni ex parte severo judici satisfecit Dionysio, cui omnium illorum historicorum dictionem ad stricta artis praecepta exigere placuit? Vel sic tamen, etsi universe fortasse severius, de Duride tamen non est quod inique eum judicasse statuamus, quippe quem orationis causa, qualis in rerum gestarum expositione maxime cernitur, Photii quoque testimonium vetet laudari [3]. In Ephori enim et Theopompi Commentariis Duris *μίμησιν* omnem atque *ἡδονὴν* adeo desiderari censuit, ut *αὐτοῦ τοῦ γράφειν* tantum curam habuisse viderentur. Quod vere an falso a Duride pronuntiatum sit, nunc non inquirimus; sed id ex vituperio ejus elicitur, eum ipsum orationis comtum et ornatum, gravitatem etiam illam, quae requiri ab historico solet, minus curandam credidisse; sed studuisse potius, ut, quoties res ferret, cogitata, verba, actiones accurata imi-

1 *De comp. verb.* Vol. V. p. 28 ed. Reisk.

2 Cf. Schmidt, *Comm. de Theophr. rhet.* p. 19 sqq.

3 *Bibl.* Cod. CLXXVI. p. 121. a. b. (Fragm. 1).

tatione exprimeret [1], et simul delectationi inserviret narrationisque velut hilaritati. At testatur Photius, Duridem quae vituperavit tenuisse tam parum, ut appareret τῆς ἐν αὐτοῖς τούτοις οἰκονομίας πολλὰ τῶν ἀνδρῶν λειπόμενος. A dictione igitur haud magnopere Duridis scripta tersis auribus se commendarunt; quod quodammodo etiam declarat Plutarchus, quum ἐπιτραγῳδεῖν Duridem scribat [2], quasi tragico more res exaggeraverit, *oratione usus magnifica dictionibusque figuratis* [3]. Sed minus tamen ille verba respexit, quam in historia conscribenda fidem et auctoritatem; de qua restat ut dispiciamus.

Quod quaeri in historici alicujus fide aestimanda vulgo solet, num ad vere scribendum nec *facultas* ei defuerit nec *voluntas*, id difficillime inquiri, nedum certo statui posse, ubi auctoris vita paene tota ignoratur, ubi de deperditis agitur operibus, nemo est quin persuasum sibi habeat. Quae difficultas in Duride augetur etiam testimoniorum dis-

1 Sic μίμησιν explicat in *Thes. Ling. Graec.* Stephanus, Vol. V p. 6175 ed. Lond., a quo non discrepat Marxii interpretatio, *Ephori fragm.* p. 40 n. 16, eam intelligentis narrationis artem, qua res gestae ad oculorum quodammodo sensum transferuntur.

2 Fragm. LXI.

3 Est haec Baehrii interpretatio, quae legitur in *Ctesiae opp. rell.* p. 24. Cf. idem in Creuzeri *Melett.* III p. 69 et *Praef.* ad Plut. *Alcib.* p. XXVI n. 21. Similiter de Theopompo dixit Plutarchus. Vide notam ad Fragm. cit.

crepantia et damnatorio in primis Plutarchi judicio, quod in *Periclis Vita* tulit. Plutarchi autem quo major habetur in ejusmodi rebus auctoritas, habita certe in Duridis causa est, eo diligentius sunt rationes examinandae, quibus veri studium Duridi denegat famamque ejus penitus convellit. Hoc igitur jam continuo agamus, respicientes maxime *Historiarum* volumen et *Samiorum Annales*, quum de reliquis minoribus operibus nihil certi proferri possit.

In *Periclis Vita* sic scribit Plutarchus: *Δοῦρις μὲν οὖν οὐδ' ὅπου μηδὲν αὐτῷ πρόσεστιν ἴδιον πάθος, εἰωθὼς κρατεῖν τὴν διήγησιν ἐπὶ τῆς ἀληθείας, ἔοικεν ἐνταῦθα δεινῶσαι τὰς τῆς πατρίδος συμφορὰς ἐπὶ διαβολῇ τῶν Ἀθηναίων* [1]. Qua accusatione duo continentur capita: alterum spectat ad *Samiorum Annales*, patet latius alterum et *universe* Duridis in historia fidem labefactat. Videamus, quid illius judicii Plutarcho in causis fuerit. — Versatur in exponenda urbis Sami expugnatione, Periclis aetate. Immanem commemorat crudelitatem Atheniensium et ipsius Periclis, qua, ut Duris retulit, Mileti saeviit in captarum navium praefectos et milites; *ὡς ἄρα αὐτοὺς εἰς τὴν Μιλησίων ἀγορὰν ἀγαγὼν, καὶ σανίσι προσδήσας ἐφ' ἡμέρας δέκα* [2], *κακῶς ἤδη δια-*

1 Fragm. LXI.

2 De voce *δέκα* cf. nota ad Fragm. cit.

κειμένους προσέταξεν ἀνελεῖν, ξύλοις τὰς κεφαλὰς συγκόψαντας, εἶτα προβαλεῖν ἀκήδευτα τὰ σώματα. Exaggerata haec tragico more Plutarchus putat, a Thucydide, Ephoro, Aristotele non narrata, imo totam rem a Duride fictam habet, patriae studiosissimo, Atheniensibus vero infestissimo. — Amicus Plutarchus, sed magis amica veritas. Qui talibus argumentis convinci scriptorem malae fidei credit, nae is ut vera viderit magnopere vereor. Primum enim, quod res spectatissimorum scriptorum testimonio non confirmatur, id haud scio equidem an nullius sit ponderis. Duris, qui Samius esset Samique vitam degeret, qui *Σαμίων* scriberet *Ὥρους*, nonne comperta habere potuit, nonne accuratius pertractare, quae alii scriptores ignoraverant, cognoverant fortasse alii, sed certis de causis consulto omiserant? Tum vero, ut facinus attendamus ipsum, non abhorret illud ab Atheniensium ingenio, quorum tum universe in socios superba dominatio, tum in Samios crudelitas satis semper manifesta fuit. Audiamus quid hac de re scribat Dionysius Halicarnassensis [1]: *Ἀθηναῖοι μένγε*, inquit, *Σαμίους, ἀποίκους ἑαυτῶν ὄντας, Λακεδαιμόνιοι δὲ Μεσσηνίους, ἀδελφῶν οὐδὲν διαφέροντας, ἐπειδὴ προσέκρουσαν αὐτοῖς τι, διαλυσάμενοι τὴν συγγένειαν, οὕτως ὠμῶς ἐχειρίσαντο καὶ θηριωδῶς, ἐπειδὴ τὰς*

1 *Excerpt.* ed. Majo XIV. 10.

πόλεις αὐτῶν ὑποχειρίους ἔλαβον, ὥστε μηδὲ τοῖς ἀγριωτάτοις τῶν βαρβάρων τῆς εἰς τὰ ὁμόφυλα παρανομίας παραλιπεῖν. Quae autem nostro loco a Plutarcho exploduntur facinora, velut crudeliora, quam quae ab Atheniensibus et Pericle commissa fuisse credibile sit; quid obstat ne qui obsessores eodem bello noctuae notam Samiis captivis inusserant [1], deinde diuturna fortique urbis defensione exacerbati, graviore etiam supplicio devictos hostes affecerint? Quid tandem movit Plutarchum, ut his fidem non haberet, ab eodem auctore traditis, cui narrationem debebat de Samiis captivis? Nam, etsi celat nomen, tamen ex Duride eam desumptam esse certo scimus [2], ut alia etiam, in quibus enarrandis, suppresso rursus scriptoris nomine, Duridis videtur auctoritatem secutus [3]. Nolo quidem de ipso Plutarcho male suspicari; sed ubi tantam ejus inconstantiam reputo, ubi tam infirmas cogito ratio-

1 *Vit. Pericl.* XXVI.

2 Cff. scriptores ad Fragm. LX laudati.

3 Unum praeterea locum deprehendisse *viginti* circiter diversissimi generis fragmentorum ope, quorum haud pauca *Annalibus* de conjectura tribuuntur, multum est. Exstat ille in *Vit. Pericl.* XXIV de Aspasià, Samii belli apud Periclem auctore. Vide Fragm. LVIII. Non enim huc traham quae *Alcib.* XXIII, *Lys.* XXI et *De animi tranq.* p. 467 (Vol. VII. p. 831 ed. Reisk.) e Duride se profecisse testatur. Quamquam multa passim in Alcibiadis vita Duridi eum debuisse nec mihi dubium est, neque esse Baehrio animadverti, quem vide *Praef.* ad Plut. *Alcib.* p. XXV.

nes, quibus Duridis fidem impugnat, ubi denique nullo praeterea argumento damnari video Duridis auctoritatem in Samiorum historia explicanda: non possum quin hac parte salvam nobis existimem famam ejus fidemque.

Ne quid vero praetermittere videar, qnod faciat ad Plutarchi judicium illustrandum et quaestionem de fide in *Samiorum Annalibus* prodita rite solvendam, age, alterum ex Plutarcho locum depromam, quem ad eosdem libros pertinere arbitror [1]. Sermo est de Alcibiade exsule, magna cnm pompa navali in patriam redennte. Ea opportunitate dixit Duris *αὐλεῖν μὲν τὴν εἰρεσίαν τοῖς ἐλαύνουσι Χρυσόγονον τὸν Πυθιονίκην, κελεύειν δὲ Καλλιππίδην, τὸν τῶν τραγῳδιῶν ὑποκριτὴν, στατοὺς καὶ ζυστίδας καὶ τὸν ἄλλον ἐναγώνιον ἀμπεχομένους κόσμον, ἱστίῳ δ' ἁλουργῷ τὴν ναυαρχίδα προσφέρεσθαι τοῖς λιμέσιν, ὥσπερ ἐκ μέθης ἐπικωμάζοντος.* Haec non credit Plutarchus, iterum quod apnd probatae fidei scriptores frustra eadem quaesivit, Theopompum puta, Ephorum et Xenophontem; neque ducit verisimile, Alcibiadem adeo per lasciviam illusisse Athenienses, post fngam tantasque calamitates. Eum vero trepide appulsum navi non prius excessisse, quam se benevole vidisset ab amicis tum excipi tum vero invitari, ut in terram descenderet. —

1 Quare, indicavi. p. 32. Locus Plutarchi legitur Fragm. LXV.

Num igitur jacet Duridis fides? Me judice, nisi alibi peccavit ille gravius, stat incorrupta. Ejusmodi pómpa in comessabundum potius quam in exsulem cadat, post tot discrimina rerum tandem in patriam reducem; hic attendendi Alcibiadis mores, attendendum in primis quo tum utebatur consilium. Quid enim? Pro me respondeat ipse Plutarchus: *Ἰδεῖν τε ποθῶν ἤδη τὰ οἴκοι, καὶ ἔτι μᾶλλον ὀφθῆναι βουλόμενος τοῖς πολίταις, νενικηκὼς τοὺς πολεμίους τοσαυτάκις, ἀνήχθη.* Itaque victoris pompam, triumphum agere voluit; cui quo major et splendor conciliaretur et magnificentia, satis impendisse studii atque operae putandus est. Porro historicorum silentium hic quoque tanti non faciam. In reliqua narratione Duridi cum illis conveniebat, ipso Plutarcho teste[1]; Xenophon autem, quem nobis unum consulere licet, in reditu illo exponendo tum universe brevissimus est, tum vero pompae navalis plane nullam injecit mentionem[2]. Sed Duris Alcibiadem in majoribus numerabat. Quid ergo mirum, si in proavi facinoribus diligentius perscribendis sibi admodum placuerit? Atqui ad extremam processisset audaciam, si Sami tyrannus non erubuisset tam grave commentum de Alcibiade edere, quo tempore tanti

1 Dicit enim: *Ἃ δὲ Δοῦρις — προστίθησι τούτοις.*
2 *Hellen.* I. 4. 12, 13.

viri memoria exolcta esse nondum poterat. Quid? quod Chrysogoni et Callippidis, sua aetate haud obscurorum hominum, nomina etiam prodidit; quae siluisse oportebat, si falsa studuisset veris immiscere. Tandem, quod trepide Alcibiades appulisse contenditur, dubius quomodo a civibus exciperetur, hoc a Xenophonte saltem Plutarchus non didicit, qui contrarium potius refert. *'Επεὶ δὲ*, inquit, *ἑώρα ἑαυτῷ εὔνουν οὖσαν (τὴν πόλιν), καὶ στρατηγὸν αὐτὸν ᾑρημένους, καὶ ἰδίᾳ μεταπεμπομένους τοὺς ἐπιτηδείους, κατέπλευσεν ἐς τὸν Πειραιᾶ ἡμέρᾳ, ᾗ Πλυντήρια ἦγεν ἡ πόλις* [1]. Quibus omnibus eo adducor, ut hoc quoque Plutarchi argumentum infirmum habeam atque inane.

Quae reliqua fragmenta ad *Samiorum Annales* pertinent, vel pertinere videntur, partim complectuntur ea, quae apud alios historicos hodie superstites frustra quaesiveris, partim horum traditionibus non quidem omni ex parte conveniunt, sed falsitatis tamen non ita coarguuntur, ut mentem prodant a veri studio alienam; quod suo est loco indicatum. Eadem vero diligentiam scriptoris, qui non ex aliorum libris sua mallet conflare, quam totam ipse antiquitatem perscrutari, clara in luce ponunt. Et vero, si quis alius, Duris, ex praestantissimi philosophi ejusdemque historici egregii disciplina profectus, plurimum potuit in hoc argumen-

1 l. l. 12.

to elaborando praestare. Patebant ipsi tum aliorum (ut videtur) libri[1], quiSami historiam et antiquitates literis consignaverant, tum illa Simonidis *Ἀρχαιολογία τῶν Σαμίων*[2], patebant fortasse *antiqui Annales* Samiorum, quibus Eratosthenem usum esse Lactantius scribit[3], Aristotelis etiam *Σαμίων Πολιτεία*. Quod vero maximum est, Samum habuit patriam, Sami longe majorem vitae partem degit, summis ornatus honoribus; unde factum, ut ad vetusta etiam et abscondita monimenta libere accederet, familiarum priscas perciperet traditiones, omnia denique cognoscendi et accurate conscribendi copia uteretur

1 Ex Herodoto quoque profecisse videtur ex Fragm. XLIX. Quodammodo huc pertinent quae exstant Fragm. L et LV.

2 Suidas v. *Σιμμίας* T. III. p. 315. Cf. Welcker, *Simonid. Amorg. jamb.* p. 4, 7.

3 *De fals. relig.* I. 6. 9. Eratosthenes, natus Ol. CXXVI. 1 (cf. Vossius *H. G.* p. 146), Duride quidem junior, sed tamen prope aequalis ei fuit; quapropter illius *Annales* vocare *antiquos* vix potuit, quod verbo jam monuit Panofka p. I. Nam Duridem Ol. CXXV vixisse etiam, supra demonstratum est. Et tamen, si locum quendam Ciceronis reputo, qui legitur Fragm. LXII, dubius haereo, quum pateat inde, Eratosthenem Duridis commentarios in consilium adhibuisse. Accedit quod nescis, ipse Eratosthenes *antiquos* illos commentaries dixerit, an vere a Lactantio vocabulum sit profectum. — Minus ambigo de Antigoni Carystii verbis, CXXXII. p. 182 ed. Beckmann, ubi laudatur *Ὁ τοὺς Σαμιακοὺς* δρους (l. ὥρους) *συγγεγραφώς*. Haec enim cum Editore et Panofka l. c. dici puto de Alexide, cujus *Σαμιακοὶ Ὧροι* ab Athenaeo aliquoties citantur. De reliquis qui Sami antiquitates explicuerunt incerti plerisque aevi scriptoribus cf. p. 29 not.

unus in paucis uberrima. Hinc plura dedit, quorum apud alios nullum vestigium apparebat, velut quae ex belli Samii historia carpsit Plutarchus. In quo quidem bello exponendo ceterisque enarrandis injuriis, quae Samii quondam ab Atheniensibus passi fueraut, horum laudator nec fuit nec vero esse potuit; imo, quoties res ferebat, gravissimarum patriae calamitatum, quarnm puer fuerat ipse particeps, probe memor superbae illorum dominationi et iniquis facinoribus perstringendis baud pepercit. Eo igitur nobis quidem augetur magnopere deperditorum *Annalium* desiderium, qui Sami fata ex scriptoribus maxime cognovimus vel Atheniensibus vel Atheniensium fautoribus; sed antiquis Duris partium studio indulsisse facile potuit videri. Quum vero bujus in quovis scriptore maximi certe vitii Duris ne a Plutarcho quidem satis convincatur, a quo tamen gravissima argnmenta jure postulaveris; contra, comprobent multa diligentiam scriptoris, veri studio unice dncti; nobis de *Annalium* auctoritate fideque auctoris hand ita male judicandum esse putaverim. Fateor, res agitur difficillima et paene inextricabilis; sed temere damnare non decet aequum judicem. Accurate igitur perpendenti baec videtur sententia de Duride pronuntianda: *Quandoque dormitaverit licet, rerum tamen Samiarum vere enarrandarum ut copia ei optima fuit, ita nec defuit voluntas.*

Accessimus ad *Historiarum* libros: nam ordinem ut paululum converteremus nos quasi coëgit Plutarchus. De *Agathoclis Historia* satius est silere. Raro citatur, a nemine vel bene audit vel male, ut adeo de eorum librorum auctoritate nequeat disceptari. Vixit autem Duris aequalis Agathocli, ut ab hac certe parte de ejus fide non nisi bene nobis existimare, liceat; sed ab ipsa terra remotior, suus esse non potuit omnino. Plurimum fortasse ex Callia profecit et Antandro [1]; an ex Timaeo quoque, valde dubium est [2]. Unde ejus auctoritas magnam partem a delectu pependit, quem in illorum scriptis consulendis adhibuerat. Qua in re semper eum felicissimum fuisse, nolim contendere, ubi reputo quae de strage tradidit, a P. Decio bello Samnitico edita [3]. Verum, quod modo significabam, tota hujus operis ratio densa nube premitur. Quocirca non juvat his diutius immorari. Praestat adire certiora.

1 De Callia vid. Vossius *H. G.* p. 103 sq., coll. Heynio *Comm. III de Diod.* p. 117. Antander historicus ex fragm. tantum Diodori innotuit. Cff. Westerm. *Praef.* ad Voss. p. V et Heynius l. l.

2 Aequales fuere (cf. p. 10.), sed de neutro constat, quo tempore suos commentarios ediderit. Goellerus, *Tim. vit. et scr.* p. 181, Bentleium secutus, Ol. CXXVIII Timaeum scripsisse efficit; ut vero e Polybio (l. 5) palam est, historiam Timaeus ad Ol. CXXVIII. 3 perduxit. Cf. Westerm. ad Voss. p. 120 n. 26. Itaque ex eo Duridem profecisse non est probabile.

3 Fragm. XLI.

Moris Duridi fuit primam migrare historiae legem, veritatem. Alterum hoc est criminationis Plutarcheae caput, quod ex Plutarcho quoque primum explicetur oportet. Quin igitur quae huc conferre videntur ex *Hellenicis* proferamus, ut tam hujus operis auctoritas, quam Duridis fides *in genere* quanti aestimanda sit, deinceps appareat. — In *Vita Eumenis* jam continuo a Duride Plutarchus dissentit, qui Eumenis patrem tradiderit paupertate coactum aurigandi artem in Chersonneso exercuisse; filium vero institutum liberaliter, quum aliquando Philippo coram in puerorum pancratiis feliciter certasset, ita placuisse Regi, ut ad se reciperet [1]. Plutarchus credere iis mavult, qui hospitii et amicitiae paternae causa Eumenem referant ad honores provectum. Utrum verius sit, non dirimo. Ex ceteris scriptoribus, qui de Eumenis patre (quem Hieronymum Arrianus appellat [2]) vel pueritia monuerunt, solus hodie Dio Chrysostomus [3] Duridi apprime convenit: nam *aurigae* filium Eumenem vocat. Recedit Aelianus [4], ita ut eundem egeni quidem patris, sed *τυμβαύλου*, *siticinis*, filium faciat. Tandem Nepos peradolescentulum ad amicitiam accessisse Philippi, sed *domestico summo genere* ortum refert [5]. Videtur tamen cum Nepote

1 Fragm. VI. 2 *Hist. Ind.* XVIII.
3 *Orat.* LXIV. Vol. II. p. 359, 47 ed. Reisk.
4 *V. H.* XII. 43. 5 *Vit. Eum.* I. 2. 4.

Plutarchus a vero proximus abesse. Uti enim dudum Viri docti animadverterunt [1], Macedonibus Eumenes perquam fuit invisus. Ferre illi non poterant, peregrinum, quamvis alioqui praeclarum virum, se dignitate et honoribus anteïre; unde facile evenit, ut fama de tenui humilique Eumenis domo divulgata sit, satis quidem incondita, sed primum prae invidia et odio arrepta avide, dein etiam vulgo credita. Ipsis saltem quibus Duris vixit temporibus, flagrante odio in Eumenem, valde haec fama increbuerat obtrectatorumque si non alebatur scriptis, at ore palam ferebatur; quapropter, si his tum Dionis comparamus assensum, tum scriptorum inter se dissensum, male de Duride suspicari vetamur. Bona ille fide accepit, bona fide reddidit.

In *Vita Alexandri* haec traduntur: « Alexandro in Asiam profecturo 70 talenta fuere stipendium, auctore Aristobulo; 30 dierum cibaria, secundum Duridem; insuper talenta 200 aeris fuisse alieni retulit Onesicritus» [2]. Repugnantia in his nulla est. Omnia a se ita sunt aliena, ut verissime singuli scriptores narrare potuerint. Sic credidisse Plutarchum, declarant quae continuo sequuntur: *Καίπερ*

1 Vide Interpp. ad Nep. l. l. et amicissimi de Geer *Spec. hist. de Eumene Card. a caeteris Alex. M. ducibus rite distinguendo*, quod prodiit Traj. ad Rh. 1838, p. 27 sq.

2 Fragm. IX.

ἀπὸ μικρῶν καὶ στενῶν *οὕτως* *ὁρμώμενος, ἐπέβη τῆς νεώς.* Quid? quod duobus praeterea locis [1] eadem ex Aristobulo et Duride repetiit. Vix igitur locum tetigissem, nisi fidem hujus narrationis suspectam vidissem haberi [2].

Neque huc faciunt quae in *Demosthenis Vita* Duris de Thermodonte, non fluvio, sed *ἀνδριαντίσκῳ* scripsisse dicitur; nam Plutarchus, ipse Chaeronensis, sua etiam aetate ejus nominis fluvium ignorabat; nec quicquam dirimit. *Ταῦτα μὲν οὖν* (inquit) *ὅπως ἔχει, διαιτῆσαι χαλεπόν* [3]. Sed si qua alia, in censum veniunt, quae in eadem *Vita* de Atheniensium demagogis exstant, ab Alexandro M. post eversas Thebas flagitatis [4]. Eos Idomeneus et Duris *decem* fuisse numero tradiderunt, *octo οἱ πλεῖστοι καὶ δοκιμώτατοι τῶν συγγραφέων.* Hic ergo ex bonorum scriptorum numero Duris eximitur; num gravi de causa, mox patebit. Primum ipse notetur Plutarchus, qui a spectatissimis scriptoribus dicat *octo* memorari: nam Arrianus, qui ex Aristobulo et Ptolemaeo Lagi f., utpote *veritatis amantissimis*, hausit, nominat *novem* [5]. Itaque nisi utrumque illum parvi pependit, quod nec verisimile est nec aequum [6], *τοῖς δοκιμωτάτοις* historicis Plutarchus

1 Vide not. ad Fragm. laud.

2 Sintenisius enim *Annot.* ad Plut. *Pericl.* XXXVIII p. 196 in eo putat Duridem *locupletissimo auctori*, *Aristobulo*, *repugnare.*

3 Fragm. V. 4 Fragm. VIII. 5 *De Exp. Alex.* I. 10. 7.

6 Nullibi Plutarchus expressis verbis indicat, quid utriusque

sententiam obtrusit alienam, neque laudandus est, qui duas illas opiniones recensens silentio praetermiserit tertiam. Sed ne moras; ad oratores redeamus. Arrianus hos novem enumerat: *Demosthenem*, *Lycurgum*, Hyperidem, *Polyeuctum*, Charetem, *Charidemum*, *Ephialtem*, Diotimum, *Moeroclem;* contra Plutarchus hos octo: *Demosthenem*, *Polyeuctum*, *Ephialtem*, *Lycurgum*, *Moeroclem*, Damonem, Callisthenem, *Charidemum*. Nunc animadvertas velim non numeri, sed nominum discrepantiam, quorum *sex* tantum eadem exhibentur, quibus si reliqua addideris, *undecim* habebis oratorum nomina. Quam autem modo tangebam negligentiam Plutarchi, multo etiam evidentiorem reddit locus quidam in *Vita Phocionis*[1], quo ipse in oratoribus illis praeter Demosthenem, Lycurgum et Charidemum recenset *Hyperidem*, quem tamen quum octo fuisse contenderet silentio praetermisit. Utut est, quanta jam inter antiquissimos scriptores, qui de Alexandri aevo egerunt, varietas fuerit in nominibus numeroque oratorum citandis, hinc clare apparet. Duridi igitur si justum numerum non tra-

auctoritati crediderit, uno excepto loco in *Vit. Alex.* XLVI, ubi inter scriptores reponuntur, quorum probat sententiam. Praeterquam autem ex Arriano, de Aristobuli fide nihil magnopere constat, a Plutarcho tamen et Strabone saepe ad eum provocatur. Vid. Vossius p. 89 et Westerm. ibi n. 10. De Ptolemaeo cons. Geier, *Comm. de Ptol. Lag.* p. 73 sqq.

1 XVII.

diderit, id condonandum est, et magis etiam quod Diodorus quoque *decem* scribit postulatos. De numeri controversia ne verbo quidem loquitur; tantum ut ἐπιφανέστατοι nominantur *Demosthenes* et *Lycurgus* [1]. Quid enim? Si spretis ceteris, quorum copia haud parva usus est [2], unum Duridem sequi maluit, de hujus fide honorifice senserit necesse est; sin, quod videtur, alios etiam in consilium adhibuit, patet, non tam inauditam, non tam falsam esse Duridis narrationem, quin plures olim in eandem sententiam abierint. Utrumcunque praefers, causa Duridis, ut ex aliis multum habet praesidii, ita Diodori auctoritate contra Plutarchi, qui ibidem negligentior fuit, vituperium satis sustentatur [3].

Exploravimus locos, quibus Plutarchus Duridem carpit aut carpere videtur, ad unum omnes. Vel fallor equidem, vel nobis se ex aequo pronuntiasse non persuasit. Alibi ejus nec laudati nec vituperati verba apponit [4]. Atqui — quis exspectaverit? — cui scriptori inter τοὺς δοκιμωτάτους locus denegatur, idem ille cum Ptolomaeo aliisque praestantissimis historicis componitur, qui omnes quod

1 XVII. 15. Justinus XI. 4 nihil de numero habet.

2 Cf. Heynius *Comm. III.* p. 112 sqq.

3 Quae de oratorum numero ad Arriani l. l. disputavit Ellendt, mihi consulere non contigit.

4 Fragm. XXII, XXIII, LXIV, LXVI.

de Alexandri cum Thalestri consuetudine negaverint, Plutarcho dicuntur jure negasse, siquidem cum Regis epistolis id congruat et alio etiam argumento comprobetur [1]. His adde, quod latent quaedam in scriptis Plutarchi (ut supra jam ostendi in quaestione de *Annalibus Samiorum*), quae celato nomine Duridi aperte debuit [2]. Quod quum in tanta jam fragmentorum penuria appareat, quid universe eum fecisse suspicemur? Haec omnia si conjunxeris, parum constare sibi Plutarchus videbitur, qui modo fidem Duridis penitus studeat subvertere, modo eundem occulte sequatur, hic spectatissimis eum historicis eximat, illic iisdem accenseat. Atque ita infringitur mirifice vis judicii Plutarchei, erigitur vero depressa Duridis fama. Quae autem ceteri scriptores, Harpocrationem dico, Photium, Tzetzam, Apostolium, in Duride non laudarunt, ea longe minoris sunt momenti, certe non tanti, ut nobis fidem ejus dubiam reddant et suspectam. To-

1 Fragm. XVII, ubi legantur in primis quae apposui Strabonis verba.

2 Arcadionis historiam, quam tradit *de ira cohib.* p. 457 (Vol. VII. p. 795 ed. Reisk.), depromere Plutarchus ex Theopompo potuit, qui Duridi quoque fons fortasse fuit. Sed huic ille debuisse videtur, quae *Vit. Alex.* LXVII, coll. Fragm. XXI, de Alexandri in Carmania comessationibus scripsit, quaeque de sumptuoso Demetrii vestitu et chlamyde splendidissima *Vit. Demetr.* XLI, coll. Fragm. XXXIII. Duridem quoque sequitur in narratione de cane Lysimachi. Vide ad Fragm. XXXV.

tidem alia fragmenta iis possunt opponi, quae veracem scriptorem produnt; partim etiam ea ipsa, quae habentur falsa, facili opera defenduntur [1]. Porro, quod probe tenendum, ita haud raro comparata sunt fragmenta, ut scriptorem, de cujus fide ambigitur, damnent potius quam absolvant. Citantur enim plerumque aliorum testimonia, quando sive res agitur, de qua inter omnes non constat; atque tum eorum vulgo apponitur narratio, qui a reliquis discrepant plurimum; sive memorantur, quae apud alios plane non leguntur. Hoc ubi evenit, non habes saepe ad quod narrata exigas, et vera an falsa sint dijudices; ubi illud, eam fere sententiam tibi commendabunt scriptores, quam ipsi laudant probantque, quo sponte auctores erunt, ut de reliquis diversa secutis minus benigne censeas. Quod non satis tenuerunt quicunque inter recentiores, a Plutarchi semper judicio profecti, tantum non omnia Duridis suspectae fidei putarunt, et repudiarunt auctorem, quasi non idoneum, qui a veris falsa distingueret, pusilla gravibus anteponentem [2]. Quousque processum sit, audi. «Critica arte omnino destitutus (sic enim Vir doctus de Duride pronuntiavit) in lepidis rebus sibi placuit, et aetati novissimarum

1 Ita, ut hoc utar (nam de aliis suo loco agetur), Fragm XIV Duridis narratio de Sardanapali exitu differt quidem a relatione Ctesiae, quae nunc verior putatur; sed illam praetulit Athenaeus, quippe a *plurimis* auctoribus eo tempore traditam.

2 Contra Meinersium paucissimis famam Duridis tueri studuit

rerum, non gravissimarum curiosae, supra quam par est, indulsit; in rebus ad coenam, conjugium, voluptatem simileque argumentum spectantibus profusius disseruit, in enarrandis vero rebus gestis verum pulchro postposuit» [1]. Quam sententiam post ea quae dicta sunt multis confutare nec lubet, neque opus est. Quin satis eam refutant qui ad tuendam conferuntur scriptorum loci, si missis praejudicatis opinionibus attente considerantur. Num quia Athenaeo, Scholiastis, Grammaticis graviora mittere placuit, lepida vero ista conquirere, Duris putandus est res frivolas et pusillas adeo esse venatus? Non quod magis ab his abstinuerit quam gravissimi etiam historici; imo quodammodo id eum fecisse patet, quod Ephorum dixit et Theopompum μίμησιν omnem et ἡδονὴν in narrando neglexisse; sed supra quam par sit huic studio indulsisse non comprobant fragmenta, quae nobis quidem unus fere fons sunt. Et vero ex triginta circiter fragmentis, quae tuto ad *Hellenica* referas, non plus duobus fabulosis istis narrationibus accensentur, quas recipere optimi ejus aevi historici non sunt dedignati, ma-

Wyttenb. *Bibl. Crit.* VIII. 113, ubi tamen qui laudatur Ciceronis locus ad Duridem non pertinet. Post Meinersium impugnarunt Duridem Luzac, *Lectt. Att.* p. 147; Baehr. ad Plut. *Alcib.* p. XXIII sq.; Sintenis ad Plut. *Pericl.* p. 195 sqq.; Westerm. *de fontt. hist. Dem.* p. 7 et ad Vossium p. 134. n. 23, alii.

1 Panofka, *Res Sam.* p. 91 sq.

gnoque studio Alexandri scriptorum plurimi captarunt [1]. At quaenam illae apud Duridem fabulae? Una est de puero, Jalysi a delphine adamato [2], iis temporibus a quo non credita? Altera, de Indiae gentibus cum feris coëuntibus caudaque instructis,[3] quod a Ctesia, Duride aliisque receptum mirabitur nemo, qui sciat, quam viginti etiam saeculis post viguerit ista ibidem fama, quo tempore longinquarum regionum Indiaeque notitia insignem in modum creverat [4]. Ad *μύθους* quidem quae referri oportet plura supersunt, velut celebratissimus de Lamia *μῦθος* e libro II *Λιβυκῶν* [5], aliique tam ex hoc *de Agathocle* opere, quam ceteris scriptis; sed antiquissimam regionum urbiumque historiam quum illustrandam sibi proponeret, qua potuit ratione a *μύθοις* abstinere? His enim priscorum temporum fere tota constabat memoria [6]. Accedit quod edidit, quorum argumentum cum *μύθοις* illis arctissime cohaerebat, velut *Περὶ Νόμων* libri et *Περὶ Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους*, siquidem horum, ut videtur, propius spectare et

1 Reprehenditur iccirco Ctesias quoque, velut a Plut. *Vit. Artax.* VI s. f., cujus famam tuetur egregie Baehrius, *Ctes. opp. rell* p. 35 sqq., quem praeivit Stephanus in *Disquisitione*, ibidem repetita p. 25 sqq. De Alexandri scriptoribus excitasse sufficiat Strabonem XI. p. 774 C. D.

2 Fragm. XVI. Fabulam ne Plutarchus quidem aspernatus est. Cf. nota ad Fragm. laud.

3 Fragm. XIX. 4 Vide ad Fragm. cit. 5 Fragm. XXXVII.

6 Jure igitur post Creuzerum, *Praef. ad Ephori fragm.* ed. Marx

examinare adeo fabulas studuit. Itaque, si illuc revertor, Duridem in *Hellenicis*, adde ceteros commentarios, vera scribere *voluisse*, nec Plutarchi judicio et testimoniis, neque aliorum negari posse, dico equidem atque contendo.

Eo jam deflexa est oratio nostra, ut non disquisitionem de fide Duridis et auctoritate, sed quasi apologiam ejus scribere videamur. Sed quum coecorum instar ea, qua praemonstrabat Plutarchus, via oberrare non juvaret, huc sponte, neque inviti tamen, devenimus. Pergamus ergo qua coepimus, exploraturi, num, quemadmodum *voluisse* visus est, Duris vera tradere etiam *potuerit*.

Est haec item, quam nunc aggredimur, paulo difficilior quaestio. Quandoquidem enim, ab Amyntae nece exorsus, ad sua usque tempora *Historias* pertexuit, sequitur, satis multa petere eum ex aliorum commentariis debuisse, ea in primis, quae ad decimum librum sive Alexandri mortem perscripsit; postremis solum libris narrasse, quorum si non testis, at aequalis vixerat. Unde in his vera scribere facile ei fuit; in illis fides ejus a fontium pependit praestantia et judicio delectuque, quo sua inde deprompsit. Qua de re nihil quidem certi proditur, sed si qua ex antiquitate repetenda essent, ex Hellanico cum hausisse ex quodam Tze-

p. VIII sqq. Theopompi patrocinium susceperunt Pflugk. p 58 et Wichers p. 46 sqq., Ephori autem Marx p 51 sqq.

tzae loco suspicor [1]. Universe vero in *Historiarum* primis libris Theopompi *Philippica* et *Historias* Ephori, quarum extremam *de bello sacro* partem Demophilus absolvit, ante omnia Duridem in scribendo usui fuisse tum per se est probabile, tum vero etiam colligitur quodammodo ex vituperio, quod in exordio operis in utrumque illum contulisse dicitur. Atque de Theopompo magis id verisimile redditur duobus locis apud Athenaeum [2], quibus Duris non similia illi, sed prorsus eadem tradidisse fertur. Quum vero nec Theopompi neque Ephori commentarios in epitomen redegerit, non compilaverit, praeterea alios habuerit quos sequeretur, alia sibi comparaverit subsidia, necesse est. In horum igitur numero Byzantini Leonis reponam *Philippica* [3], quibus jungenda fortasse Anaximenis Lampsaceni *Hellenica* [4]. Semel ad Alexandri tempora et res gestas progresso longe major patuit optimorum librorum copia, velut Callisthenis, Marsyae Pellaei, Aristobuli, Ptolemaei, Crateri, Nearchi, Eumenis Cardiani [5]. Quanta nomina! His certissimis viae ducibus usum deinde ad Alexandri *διαδόχους* sive suam aetatem pervenisse credibile est. Sed quos

1 Fragm. XI. Hellanici vestigiis item insistere videtur in narratione de Helena a Theseo rapta, Fragm. LXXXVII.

2 Fragm. IV, VII.

3 De hoc Platonis discipulo agit Vossius *H. G.* p. 70.

4 Cf. Vossius p. 92 sq.

5 Cf. de his aliisque compluribus Vossius p. 85 sq., 94—102.

secutus sit et qua ratione, quis omnibus illis deperditis demonstratum ibit? A Plutarcho componitur semel cum Idomeneo [1], alibi cum Charete [2], et rursus cum Aristobulo, Charete, Ptolemaeo, Anticlide, Philone Thebano, Philippo, cui *Εἰσαγγελεὺς* cognomen, Hecataeo, Philippo Chalcidensi [3]. In Persicis denique Ctesiam subinde ob oculos habuisse videtur [4]. Si vero reputamus, quantam scriptorum copiam Plutarchus in scribendo adhibuerit, quantam Athenaeus; si porro attendimus, quoties apud utrumque et alios bene multos ita quaedam ex Duride laudantur, quasi ab hoc uno memoriae prodita; certum id nobis argumentum sit, Duridem non satis duxisse ex priorum scriptorum operibus optima quaeque excerpsisse, sed ipsis fontibus studiose sectandis plura protulisse non vulgaria nec trita, sed minus etiam nota memoriaeque saepe dignissima, ut adeo *Historiae* hac parte primum sibi locum merito vindicasse videantur. Suae autem aetatis historiam ut multo tractare uberius potuit, ita plene etiam tractavit, diligenter et, quod arguunt fragmenta, vere. Hanc diligentiam patuisse longe, ne ii quidem sunt negare ausi, qui ceteroquin fautores ejus se non praestiterunt. Commotos credo auctoritate Ciceronis, qui, licet in morte Eupolidis narranda er-

1 Fragm. VIII. 2 Fragm. XXIII. 3 Fragm. XVII.

4 Vide notam ad Fragm. XIX. Contra Fragm. XIV a Ctesia eum discrepare modo dictum est.

rasse Duridem ex Eratosthene viderit, nihilominus non censet irridendum, nec *hominem* eum *in historia diligentem* appellare veretur [1]. Et vero eam virtutem Duridi in primis fuisse propriam persuadent multa. Quod enim supra de *Annalibus* singulatim animadverti, id universe affirmare de cunctis ejus operibus jure mihi videor. Alienus a narratione jejuna et exili rerum enumeratione, ipsam earum naturam indagat. Plurima ex vetustissima repetit aetate, docteque illustrat. Huc proverbia, huc singula vocabula refer, quorum passim multorum originem data opera exquirit, usum declarat, apteque ex historia interpretatur. Carmina adde, quae, quoties usu venit, vel antiquissima recipit et scite ad rerum narratarum intelligentiam orationi immiscet, nobis adeo ex uno Duride cognita. Ubique hominum attendit mores, gentiumque instituta; urbium origines explicat situmque; regionum explorat naturam [2]. Quo inquirendi studio si forte ad minora descendit et ad res delabitur, quae nobis parvi esse momenti et propemodum futiles videntur, id aetati potius qua vixit tribuatur, non Duridi vitio vertatur oportet [3].

1 Fragm. LXII.

2 In primis id egisse videtur in enarranda expeditione Alexandri; quod recte animadvertit v. d. Chys, *Comment. geogr. in Arrian.* p. VII sq.

3 Attendit hoc Droysen, *Gesch d. Nachf. Alex.* p. 672; cujus

Hanc ejus diligentiam Tullius quidem perspectam habuit magnique aestimavit; nos ex fragmentis agnoscimus vitiisque, quae in eo vituperantur, opponere non dubitamus.

Quid de historicis Duridis laudibus, quatenus hoc nobis efficere liceat, judicandum censeam, ex his apertum est. Et quoniam nihil dicendum superesse video, hanc tandem cogo disputationis meae summam: *Duris, si industriam respicis et studium rerum probe indagandarum, optimis historicis est accensendus; si narrationis fidem et auctoritatem, immerito suspectus, et, quamvis vitiorum non immunis, propter veri tamen studium magnopere laudandus.*

de Duride sententiam hic lubens adscribo: »*Es ist in neuerer Zeit gebräuchlich geworden, ihn sehr zu verdächtigen; das Wenige, was wir aus seinen Schriften wissen, berechtigt uns höchstens, ihm vorzuwerfen, dass er kleinliche Dinge und Anekdotenartige Charakterzüge beibrachte, wie sie damals der Zeitgeschmack liebte.*«

DURIDIS SAMII

FRAGMENTA.

DURIDIS SAMII

FRAGMENTA.

I.

ΕΛΛΗΝΙΚΑ.

I.

E LIBRO I.

Photius ***Bibl.*** **Cod. CLXXVI. p. 121 a. b.** Δοῦρις ὁ Σάμιος ἐν τῇ πρώτῃ τῶν αὐτοῦ Ἱστοριῶν οὕτω φησίν. «Ἔφορος δὲ καὶ Θεόπομπος τῶν γενομένων πλεῖστον ἀπελείφθησαν· οὔτε γὰρ μιμήσεως μετέλαβον οὐδεμιᾶς οὔτε ἡδονῆς ἐν τῷ φράσαι, αὐτοῦ δὲ τοῦ γράφειν μόνον ἐπεμελήθησαν».

Ad hunc locum cff. quae dicta sunt p. 42 sq. Respexit fortasse Duris, ut Photius suspicatur, ad ὑπερήφανον ἐκεῖνον λόγον, **quo ne secundas quidem veteribus historicis Theopompus tribuerat. Cf. Dion. Hal.** ***A. R.*** **init. Neque etiam Ephorus ceteris qui se praeïverant pepercit scriptoribus. Idem Ctesias fecit, idem quodammodo Thucydides, unde hoc fere more receptum fuisse dixeris. Cf. Sturz,** ***Hellan. fragm.*** **p. 11 sqq. Duridis vituperium a Marxio ex studio repetitur Peripateti-**

corum infestandi Isocraticos, *Ephori fragm.* p. 40, illudque cum Photio respuit, pariter atque Pflugk, *Theop. vit. et scr.* p. 54, et Wichers, *Theop. fragm.* p. 43. Nec fortasse immerito; quamquam qui ab iisdem citantur veterum loci probant abunde, neque Ephori neque Theopompi dictionem, licet multam posuerint in polienda ornandaque oratione operam, tam fuisse vitiorum immunem, ut omni esset vituperio major. Cf. Vossius *H. G.* p. 64 et 67, ibique Westerm. n. 23 et 36. Hinc Hermogenes, *de form. orat.* T. III. p. 395 ed. Sturm, laudatus a Marxio p. 43, sic de utroque scripsit: *Περὶ δὲ Θεοπόμπου καὶ Ἐφόρου — περιττὸν ἔδοξεν εἶναί μοι γράφειν. — ὅτι ζήλου καὶ μιμήσεως τὰ εἴδη τῶν λόγων αὐτῶν οὐ πανύ τοι, μᾶλλον δὲ οὐδ' ὅλως — ἠξίωται παρὰ τοῖς Ἕλλησι, καθάπερ τὰ τῶν ἄλλων.*

II.

E LIBRO II.

Ol. CV. 4.

Athen. XIII. p. 560 B. *Οὐδένα δὲ ὑμῶν ἀγνοεῖν οἴομαι, ὅτι καὶ οἱ μέγιστοι πόλεμοι διὰ γυναῖκας ἐγένοντο· ὁ Ἰλιακὸς δι' Ἑλένην, — καὶ ὁ ἱερὸς δὲ καλούμενος δι' ἑτέραν γαμετὴν, Φησὶ* Δ ο ῦ ρ ι ς *ἐν δευτέρᾳ* Ἱ σ τ ο ρ ι ῶ ν, *Θηβαίαν γένος, ὄνομα Θεανὼ, ἁρπασθεῖσαν ὑπὸ Φωκέως τινός. Δεκαετὴς δὲ καὶ οὗτος γενόμενος τῷ δεκάτῳ ἔτει Φιλίππου συμμαχήσαντος πέρας ἔσχε· τότε γὰρ εἷλον οἱ Θηβαῖοι τὴν Φωκίδα.*

Exitum habuit bellum sacrum sive Phocense Ol. CVIII. 3, ortum Agathocle Archonte, Ol. CV. 4. Cf. Clinton, *Fast. Hell.* p. 134, 150. Phocenses quum agrum Cirrhaeum arassent ideoque ab Amphictyonibus grandi essent pecunia

mulctati, huic judicio, auctore Philomelo Phocensi, non paruerunt, sed societate cum Lacedaemoniis inita moverunt bellum. Vidd. Diod. Sic. XVI. 23 sqq., coll. Pausan. X. 2 et 15 init., Aelian. *V. H.* XII. 53. Atque hinc repeti belli sacri origo solet, a qua diversam exhibet Justinus VIII. 1, Phocensibus scribens crimini datum, quod Boeotiam depopulati essent. Uti autem Philomelus, quo plures aucto stipendio milites ad se alliceret, spoliavit Delphicum Apollinis templum; ita hanc sacri thesauri direptionem belli causam dicit Strabo IX. p. 644 A. Stat vero hodie solus Duris, mulieris raptum in causis reponens.

III.

Athen. IV. p. 155 C. Δοῦρις ἱστορεῖ, ὅτι καὶ Φίλιππος, ὁ τοῦ Ἀλεξάνδρου πατὴρ, ποτήριον χρυσοῦν, ὁλκὴν ἄγον πεντήκοντα δραχμὰς, κεκτημένος, τοῦτο ἐλάμβανε κοιμώμενος ἀεὶ καὶ πρὸς κεφαλὴν αὐτοῦ κατετίθετο.

Athen. VI. p. 231 B. Σπάνιος ὄντως ἦν τὸ παλαιὸν παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ὁ μὲν χρυσὸς καὶ πάνυ· ὁ δ᾽ἄργυρος ὀλίγος ἦν, ὁ ἐν τοῖς μετάλλοις. Διὸ καὶ Φίλιππον, τὸν τοῦ μεγάλου βασιλέως Ἀλεξάνδρου πατέρα, φησὶ Δοῦρις ὁ Σάμιος, φιάλιον χρυσοῦν κεκτημένον, ἀεὶ τοῦτ᾽ ἔχειν κείμενον ὑπὸ τοῦ προσκεφαλαίου.

Ex hoc altero loco sua excerpsit Eustathius ad Hom. *Iliad.* Λ. p. 868 ed Rom., suppresso auctoris nomine, quod neque Plinius addidit *H. N.* XXXIII. 14, cujus super eadem re haec sunt verba: «Summae apud exteros licentiae fuerat, poculo aureo pulvinis subdito, Philippum regem dormire solitum». Atqui, ut monet Athenaeus, auri

raritas causa potissimum fuit, cur poculum illud Philippus tanto studio asservaret. Olim enim vel opulentissimi homines aeneis utebantur poculis, nec prius auri vis diffusa est in Graeciam, quam Delphicos thesauros diripuerant Phocenses. Vid. Athen. VI. p. 231 C, quae repetiit Eustathius l.l. Philippo multum etiam auri suppeditarunt fodinae, quas excolere Crenidis coepit Ol. CV. 3. Vid. Diod. Sic. XVI. 8. Notandum autem Schweighaeuserus censet Athenaeum, qui quod uno loco dixerit ποτήριον, appellet altero φιάλιον; sed ποτήριον, quod 50 drachmas *pendebat* (ὁλκὴν ἦγε i. e. εἷλκε. Simplex ἄγειν de φιαλῶν pondere est apud Demosth. *c. Androt.* p. 617 et *adv. Timoth.* p. 1193 ed. Reisk., Diog. Laërt. III. 30. 42.), dicitur recte φιάλιον, a φιάλη, quae majorum poculorum genus fuit. — De sede hujus fragmenti pauca dicta sunt p. 39.

IV.

Ol. CVII. 4.

Athen. XII. p. 532 D—F. Ἐν δὲ τῷ ἐπιγραφομένῳ τοῦ Θεοπόμπου συγγράμματι· Περὶ τῶν ἐκ Δελφῶν συληθέντων χρημάτων, Χάρητι, φησὶ, τῷ Ἀθηναίῳ * διὰ Λυσάνδρου τάλαντα ἑξήκοντα, ἀφ᾽ ὧν ἐδείπνισεν Ἀθηναίους ἐν τῇ ἀγορᾷ, θύσας τὰ ἐπινίκια τῆς γενομένης μάχης πρὸς τοὺς Φιλίππου ξένους· ὧν ἡγεῖτο μὲν Ἀδαῖος, Ἀλεκτρυὼν ἐπικαλούμενος. — Τὰ αὐτὰ ἱστορεῖ καὶ Δοῦρις.

Laudatum Theopompi scriptum partem fecisse τῶν Φιλιππικῶν ejusdem auctoris, probabilis admodum conjectura est Pflugkii p. 41 et Wichersii p. 30. Historiam, a Theopompo et Duride narratam, illustrat Athenaeus versibus comici Heraclidis, unde discimus, Philippi ducem

Adaeum, κοκκύζοντα ἀλεκτρυόνα, a Charete proelio fuisse interfectum. Cff. Zenob. *Prov.* VI. 34 p. 171; Apostol. XX. 23 p. 257. Factum hoc bello Olynthiaco, et *posteriore* quidem, ut videtur, expeditione, cui Charetem praefecerunt Athenienses, non vero *priore*, quod praetulit Schweighaeuserus. Archonte enim Callimacho, Ol. CVII. 4 (cf. Clinton *F. H.* p. 144) rogati Athenienses Olynthiis miserunt auxilio bis mille peltastas et triginta triremes, militibus repletas. Haec vero expeditio, duce Charete suscepta, videtur caruisse successu; quocirca iterum legatis ab Olynthiis Athenas missis, qui auxilia non peregrina peterent, sed ex ipsis Atheniensibus, missae sunt aliae triremes septemdecim, missi ex civibus bis mille pedites, equites trecenti, totiusque classis imperium demandatum Chareti. Ita ex Philochoro narrat Dion. Hal. *Ep I ad Amm.* 9 (Vol. VI p. 734 sq. ed. Reisk.). Anno tamen insequenti Ol. CVIII. 1, Theophilo Archonte, Olynthum per proditionem cepit Macedo. Vidd. Dion. Hal. l.l. 10 et Diod. Sic. XVI. 53. — Ipsum convivium si spectas, a Charete hoc tempore editum, in eo ille morem majorum videtur secutus, idemque a Conone factum traditur post navalem apud Cnidum victoriam. Vid. Athen. I p. 3 D. Sed nostrum locum mendum contraxisse in vocibus διὰ Λυσάνδρου, nemo non videt. Omisit eas Eustathius ad Hom. *Odyss.* Δ p. 1479. De Lacedaemonio Lysandro, qui occupavit olim Athenas, cogitari nequit; neque alius hujus nominis floruit Charetis tempore. Schweighaeusero igitur legere placuit διανακλωθῆναι, Wichersio l.l. διακλυθῆναι.

V.

Ol. CX. 3.

Plutarch. *Vit. Demosth.* XIX. Τὸν δὲ Θερμώδοντα

φασὶν εἶναι παρ' ἡμῖν ἐν Χαιρωνείᾳ ποτάμιον μικρὸν εἰς τὸν Κηφισὸν ἐμβάλλον· ἡμεῖς δὲ νῦν μὲν οὐδὲν ἴσμεν οὕτω τῶν ῥευμάτων ὀνομαζόμενον, εἰκάζομεν δὲ, τὸν καλούμενον Αἵμωνα Θερμώδοντα λέγεσθαι τότε, καὶ παραῤῥεῖ παρὰ τὸ Ἡράκλειον, ὅπου κατεστρατοπέδευον οἱ Ἕλληνες. καὶ τεκμαιρόμεθα, τῆς μάχης γενομένης, αἵματος ἐμπλησθέντα καὶ νεκρῶν τὸν ποταμὸν, ταυτηὶ διαλλάξαι τὴν προσηγορίαν. Ὁ δὲ Δοῦρις οὐ ποταμὸν εἶναί φησι τὸν Θερμώδοντα, ἀλλ' ἱστάντας τινὰς σκηνὴν καὶ περιορύττοντας, ἀνδριαντίσκον εὑρεῖν λίθινον, ὑπὸ γραμμάτων τινῶν διασημαινόμενον, ὡς εἴη Θερμώδων, ἐν ταῖς ἀγκάλαις Ἀμαζόνα φέρων τετρωμένην. Ἐπὶ τούτῳ χρησμὸν ἄλλον ᾄδεσθαι, λέγοντα·

Τὴν ἐπὶ Θερμώδοντι μάχην μένε, παμμέλαν ὄρνι,
Τηνεί τοι κρέα πολλὰ παρέσσεται ἀνθρώπεια.

Ταῦτα μὲν οὖν ὅπως ἔχει, διαιτῆσαι χαλεπόν.

Reiskius post ᾄδεσθαι subaudiendum putat ex praecedentibus φασίν; sed referendus χρησμὸς ille ad narrationem Duridis, ut subaudiatur, quae proxime scripta est, vocula φησί. — Quem Thermodonta fluvium sua aetate ignorabat Plutarchus, licet ipse Chaeronensis, quem nec Strabo neque alii commemorarunt, cum ποταμὸν χείμαῤῥον vocat Pausanias IX. 19. 3, de Hypato monte defluentem. Duridis traditioni quid praebuisse ansam videatur, paucis dicendum. Scilicet vetus fama Amazones ferebat ad Thermodonta sedem habuisse, in Ponto fluvium, prope Themiscyram, tam planitiem quam urbem, cujus meminit Herodotus IV. 86, meminerunt item alii innumeri, quos recensere supersedeo. Cff. Creuzerus, *Hist. Gr. fragm.* p. 81 sqq.; Sturzius, *Hellan. fr.* p. 123; *Pherec. fr.* p. 87; Baehrius in *Real-Encycl.* ed. Pauly v. *Amazones*. I. p. 394 sqq. At-

qne ad hunc fluvium habitare Amazones etiam Alexandri M. aevo dicebantur. Inde eruptionem eas in Atticam fecisse per Bosporum Cimmerium congelatum Hellanicus tradiderat, teste Tzetza ad Lycophr. 1332 p. 135. Cf. Plutarch. *Thes.* XXVII. Neque solae invaserant, sed a Scythis adjutae, propter raptam a Theseo Hippolyten; cujus expeditionis is fuit infelix eventus, nt nulla eornm in patriam redierit. Auctores Isocrates *Panegyr.* p. 54, *Panath.* p. 273 ed. Steph., et Lysias *Epitaph.* p. 58 ed. Reisk. Cff. Pansanias l.l.; Eustath. ad Dionys. Perieg. 653. Hoc igitur tempore, ut in *Theseo* narrat Plutarchus, λέγεται καὶ περὶ Χαιρώνειαν ἑτέρας ἀποθανεῖν, καὶ ταφῆναι παρὰ τὸ ῥευμάτιον, ὃ πάλαι μὲν, ὡς ἔοικε, Θερμώδων, Αἵμων δὲ νῦν καλεῖται. Hinc Duridis traditio fortasse nata, de qua cf. omnino Müller, *Orchomenos* p. 357, idemqne de Plntarchi sententia, h. l. prodita, p. 86.

VI.

Plntarch. *Vit. Eum.* init. Εὐμενῆ δὲ τὸν Καρδιανὸν ἱστορεῖ Δοῦρις πατρὸς μὲν ἁμαξεύοντος ἐν Χεῤῥονήσῳ διὰ πενίαν γενέσθαι, τραφῆναι δ' ἐλευθερίως ἐν γράμμασι καὶ περὶ παλαίστραν· ἔτι δὲ παιδὸς ὄντος αὐτοῦ, Φίλιππον, παρεπιδημοῦντα καὶ σχολὴν ἄγοντα, τὰ τῶν Καρδιανῶν θεάσασθαι παγκράτια μειρακίων καὶ παλαίσματα παίδων· ἐν οἷς εὐημερήσαντα τὸν Εὐμενῆ καὶ φανέντα συνετὸν καὶ ἀνδρεῖον ἀρέσαι τῷ Φιλίππῳ καὶ ἀναληφθῆναι.

Qnae sit h. l. Chersonesns intelligenda, palam est ex Cardianorum mentione: sita enim urbs Cardia fuit in Chersonneso Thracica. Cff. Demosth. *c. Aristocr.* p. 681 ed. Reisk.; Steph. Byz. v. Καρδία p. 158 et v. Χεῤῥόνησος p. 309. Quatenus narratio Duridis de Eumenis patre et pueritia fidem mereatur, supra expositum est p. 53 sq.

VII.

E LIBRO V.

Athen. VI. p. 249 C. D. Ἀλλ' οὐκ Ἀρκαδίων ὁ Ἀχαιὸς κόλαξ ἦν, περὶ οὗ ἱστορεῖ Θεόπομπος, καὶ Δοῦρις ἐν πέμπτῃ Μακεδονικῶν. Οὗτος δὲ ὁ Ἀρκαδίων, μισῶν τὸν Φίλιππον, ἑκούσιον ἐκ τῆς πατρίδος φυγὴν ἔφυγεν. Ἦν δὲ εὐφυέστατος, καὶ πλείους ἀποφάσεις αὐτοῦ μνημονεύονται. Ἔτυχε δ' οὖν ποτ', ἐν Δελφοῖς ἐπιδημοῦντος Φιλίππου, παρεῖναι καὶ τὸν Ἀρκαδίωνα· ὃν θεασάμενος ὁ Μακεδὼν καὶ προσκαλεσάμενος· Μέχρι τίνος φεύξῃ, φησὶν, Ἀρκαδίων; Καὶ ὃς·

Ἔστ' ἂν τοὺς ἀφίκωμαι, οἳ οὐκ ἴσασι Φίλιππον.

Arcadionis responsum imitatio est Homerici: Εἰσόκε τοὺς ἀφίκηαι, οἳ οὐκ ἴσασι θάλασσαν, *Odyss.* Λ. 122. De Arcadione et Philippo plura habet Plutarchus, *de ira cohib.* p. 457 (Opp. Vol. VII. p. 795 ed. Reisk.), ubi idem dictum Arcadionis laudatur, sed Homerico propius pro ἔστ' ἂν scribitur εἰσόκε. Ibi Reiskius, immemor nostri loci, Plutarchum falso arguit negligentiae, quasi duos confundentem Philippos; ista enim de juniore Philippo narrari, filio Demetrii, Persei patre. Hic denique Arcadion an idem fuerit qui insignis ejusdem nominis φιλοπότης, non dirimit Athenaeus X. p. 436 C; sed eundem facit Aelianus *V. H.* II. 41.

VIII.

Ol. CXI. 2.

Plutarch. *Vit. Demosth.* XXIII. Εὐθὺς δ' ὁ Ἀλέξανδρος ἐξῄτει πέμπων τῶν δημαγωγῶν δέκα μὲν, ὡς Ἰδο-

μενεὺς καὶ Δ ο ῦ ρ ι ς εἰρήκασιν ὀκτὼ δ', ὡς οἱ πλεῖστοι καὶ δοκιμώτατοι τῶν συγγραφέων.

De hoc loco quum fuse disputaverimus p. 55 sqq., nunc non est quod dicamus.

IX.

Ol. CXI. 3.

Plutarch. *Vit. Alex.* XV. Τῆς δὲ στρατιᾶς τὸ πλῆθος οἱ μὲν ἐλάχιστον λέγοντες τρισμυρίους πεζοὺς καὶ πεντακισχιλίους ἱππεῖς· οἱ δὲ πλεῖστον, πεζοὺς μὲν τετρακισχιλίους καὶ τρισμυρίους, ἱππέας δὲ τετρακισχιλίους ἀναγράφουσιν. Ἐφόδιον δὲ τούτοις οὐ πλέον ἑβδομήκοντα ταλάντων ἔχειν αὐτόν, Ἀριστόβουλος ἱστορεῖ· Δ ο ῦ ρ ι ς δέ, τριάκοντα μόνον ἡμερῶν διατροφήν· Ὀνησίκριτος δέ, καὶ διακόσια τάλαντα προσοφείλειν.

Orat. de Alex. fort. I. p. 327 (Opp. Vol. VII. p. 297 ed. Reisk.) Τὸ δὲ λαμπρὸν αὐτῷ καὶ μέγα παρασκευασθὲν ὑπὸ τῆς τύχης ἐφόδιον ἑβδομήκοντα τάλαντα ἦν, ὥς φησιν Ἀριστόβουλος· ὡς δὲ Δ ο ῦ ρ ι ς, τριάκοντα μόνον ἡμερῶν ἐπισιτισμός.

---

l.l. II. p. 342 (p. 349 sq. ed. Reisk.). Ἐκ τούτου διέβαινεν, ὡς μὲν Φύλαρχός φησιν, ἡμερῶν τριάκοντα ἔχων ἐφόδιον· ὡς δ' Ἀριστόβουλος, ἑβδομήκοντα τάλαντα

Postremo loco non dubito, quin pro Φύλαρχός, ut in codd. legitur, reponi oporteat Δοῦρίς. Memoria Plutarchum omnino fefellit, quum haec tribueret Phylarcho, cujus *Historiarum* ratio, etsi subinde meminerit obiter

Alexandri, alia fuit, quam ut traditionem complexae fuisse videantur, quae ab ipso Plutarcho bis vindicetur Duridi, idque Aristobuli toties mentione addita. Merito igitur ambigit Luchtius, *Phyl. Hist. rell.* p. 135, an hic suum locum Phylarchus possit tueri; contra inconsulto Bruecknerus, quem ceteri latuerunt Plutarchi loci, inter Phylarchi fragmenta ea recepit, p. 45. — Duridis narrationem jam attigi p. 54 sq.

X.

Ol. CXI. 3.

Clemens Alex. *Strom.* I. p. 337 A. Ὡς δὲ Δοῦρις, ἀπὸ Τροίας ἁλώσεως ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρου εἰς Ἀσίαν διάβασιν ἔτη χίλια.

Notati temporis causa huic alterum fragmentum jungamus:

XI.

Tzetzes *Posthom.* 768—780:

Μῆνς δὲ ἤδη ἐρείω ἦμάρ τ' ἠδέ τε ὥρην
Οἰκτροτάτου λυκάβαντος, ὃς ἄλγεα θήκατο Τροίῃ.
Δωδεκάτη μὲν ἔην μηνὸς Θαργηλιῶνος,
Τὸν ῥ' Αἰωνάριον κικλήσκει μὲν Λογγῖνος,
Ἰανουάριον δ' ἀνέρες πάντες καλέουσι.
Νὺξ δ' ἄρ' ἔην μέσση, λαμπρὴ δ' ἐπέτελλε σελήνη,
Παρθένου εἰσελάασα δρόμον μεγάλοισιν ἐν ἄστροις,
Ἠελίου ἀμφ' Αἰγόκερον Κρόνου οἶκον ἐόντος.
Καλλιστὼ δ' ἱέρεια κλειναῖς ἦν ἐν Ἀθήναις
Οἰκτροτάτου μεγάλου λυκάβαντος. Κείνῃ ἐν ὥρῃ,
Κείνῃ νυκτὶ ὁ Λέσβιος Ἑλλάνικος ἀείδει,
Σὺν τῷ καὶ Δοῦρις, Τροίην ἑλέειν Παναχαιοὺς,
Οἴκαδε δ' ἐλθέμεναι λυγρὸν τὸν νόστον ἰδόντας.

Hos Tzetzae versus haud uno laborare vitio, dudum Viri docti animadverterunt. Primum, Athenis Callistonem scribit sacerdotio functam, quae Argis id munus gessit. Vid. Dodwell. *de Cycl.* p. 809. Tum mensem Thargelionem, qui convenit potissimum cum Majo et Junio (cff. Perizonius ad Aelian. *V. H.* II. 25 n. 1 quique ibi laudantur, et Heynius *Exc.* II. ad Virg. *Aen.* III init.), congruere dicit cum Romanorum Januario, quam Longinus non Ἰανουάριον appellavit, sed Αἰωνοάριον, ὡσανεὶ αἰῶνος πατέρα, testibus Suida s. v. Tom. I. p. 654 et Eudocia p. 253; quo respexit procul dubio Jo. Laur. Lydus, *de Mens.* IV. 1. p. 144, ubi: Ἄλλος δὲ, ait, Αἰωνιάριον (*sic*) αὐτὸν ἑρμηνεῦσαι βιάζεται, ὡσεὶ τοῦ αἰῶνος πατέρα. Sed Duridem adeamus, quem non minus errasse certum est. Quodsi ille ab Alexandri in Asiam expeditione, suscepta Ol. CXI. 3 (a. C. $33\frac{5}{4}$), cum Hellanico *mille* computavit annos, Trojanae urbis excidium statuerit necesse est anno A. C. $133\frac{5}{4}$ (cf. Clinton *F. H.* p. VI); quod sane fidem exsuperat omnem. Nam licet de tempore eversae Trojae maxima fuerit sententiarum discrepantia, ut alii dirutam scripserint A. C. 1090, alii 1270, 1290, 1346, plurimi tamen consentiunt in annum $118\frac{3}{4}$. Cff. Clinton l.l. p. III sqq. Fischer et Soetbeer, *Gr. u. Röm. Zeittaf.* p. 3 sqq.; Hermann, *Lehrb. d. Griech. Staatsalth.* § 4. n. 5; Heynius l.l.; Sturz, *Hellan. fr.* p. 167 sqq.; Marx, *Ephori fr.* p. 81 sq.; Goeller, *Timaei fragm.* p. 247. Eundem autem, quem Duris dixit, annum constitutum esse a Timaeo, efficitur ex testimoniis Clementis Alex. l.l. et Schol. Apoll. Rhod. IV. 1216. Vidd. Fischer et Soetbeer l.l. p. 11.

Ut annum, ita diem quoque captae urbis Duris alium statuit, quam quidem plerique computarunt. *Octavum*

φθίνοντος Θαργηλιῶνος i. e. XXIII ejusdem mensis ponit Dionysius Halic. (*Ant. Rom.* I. 63); Plutarchus (*Vit. Cam.* XIX. Cf. Schol. Eurip. *Hec.* 892) *septimum* sive XXIV, quod ad idem redit, si illum ab oriente, hunc vero ab occidente sole numerasse dicimus. Atque ita Heynius, marmor Arundelianum secutus, noctem captae urbis incidisse computat inter XXIII et XXIV Thargelionis, Junii mensis XI et XII. Hellanico et Duridi in die terminando convenit Dionysius Argivus, ut testatur Clem. Alex. *Strom.* I. p. 321 D. Cff. Fischer et Soetbeer l.l. p. 16 sq. Ceterum, quod supra jam verbo monui, unus hic Clementis locus non satis comprobat, veteri more Duridem stetisse, necdum sive alia ratione tempora computasse seu per Olympiades, quod primum fecisse ferunt aequalem Duridis, Timaeum. Qua de re cff. quos laudat Goellerus, *Praef.* ad Thucyd. p. 52 ed. alt., et maxime quae idem Vir Celeb. doctissime disputavit ad *Timaei fragm.* p. 196 sqq.

XII.

E LIBRO VII.

Ol. CXII. 1.

Athen. IV. p. 167 C. D. Δοῦρις δ᾽ ἐν ἑβδόμῳ Μακεδονικῶν, περὶ Πασικύπρου λέγων, τοῦ ἐν Κύπρῳ βασιλέως, ὅτι ἄσωτος ἦν, γράφει καὶ τάδε· „Ἀλέξανδρος, μετὰ τὴν Τύρου πολιορκίαν Πνυταγόραν ἀποστέλλων, ἄλλας τε δωρεὰς ἔδωκε καὶ χωρίον, ὃ ᾐτήσατο. Πρότερον δὲ τοῦτο Πασίκυπρος ὁ βασιλεύων ἀπέδοτο δι᾽ ἀσωτίαν πεντήκοντα ταλάντων Πυμάτῳ τῷ Κιτιεῖ, ἅμα τὸ χωρίον καὶ τὴν αὑτοῦ βασιλείαν· καὶ λαβὼν τὰ χρήματα κατεγήρασεν ἐν Ἀμαθοῦντι.“

Πασικύπρου — βασιλέως. Pasicyprus aliunde, quantum scio, ignoratur. In Cypro autem insula novem primariae urbes suum habebant singulae Regem, licet Persarum dominationi subjectae. Vidd. Diod. Sic. XVI. 42, Pompon. Mela II. 7. 40; Plinius *H. N.* V. 35. Quos quidem Reges, excusso postea Persarum jugo, ad Ptolemaeos usque retinuerunt, ut scribit Strabo XIV p. 1003 C.

Πνυταγόραν ἀποστ. Pnytagoras Evagorae fuit filius (Isocr. *Evag.* p. 201 Steph.), Cypriorum Regis, de quo vid. Meursius, *Cyprus* II. 12 p. 113 sqq. Obsessa Tyro, Cypri Reges cum 120 navibus venerunt Sidonem ad Alexandrum, quorum unus fuit Pnytagoras, qui deinde Macedonem, classe instructa Tyrum navigantem, secutus est, cum Cratero laevum tenens cornu. Cff. Arrian. *de Exp. Alex.* II. 20; Curtius IV. 3. 11. Cyprias naves adorti Tyrii Pnytagorae quinqueremem continuo demerserunt (Arrian. II. 22.); sed ipsum Pnytagoram periculo evasisse hic unus locus egregie arguit. Tyro autem capta, Alexander Cypriorum Regibus praeterita peccata facile ignovit et pro meritis honorem habuit, ut referunt Arrian. l.l. 20, Curtius IV. 8. 14. Pnytagorae vero, ut ex Duride palam est, Alexander *domum dimisso* (sic enim verbum ἀποπέμπειν recte intellexit Schweigh.) inter alia castellum donavit Pasicypri Regis.

Πυμάτῳ τῷ Κιτιεῖ. Pymatum Regem Meursius l.l. 17 p. 127 fuisse censet, quem Alexandro M. insignem gladium donavisse refert Plutarchus, *Vit. Alex.* XXXII. Non diversum a Pygmalione Cyprio, quem Ol. CXVII. 1 Ptolemaeus e medio sustulit (Diod. Sic. XIX. 79), illum habet Droysen, *Gesch. d. Nachf. Alex.* p. 340.

Ἀμαθοῦντι. Unum fuit ex quindecim Cypri oppidis (Strab. XIV p. 1001 C; Pausan. IX. 41. 2; Plin. *H.*

N. l. l.; Steph. Byz. s. v. p. 36), de quo copiose egit Meursius l. l. I. 8 p. 21 sqq.

XIII.

EX EODEM LIBRO.

Athen. X p. 434 E. *Κτησίας δὲ παρ' Ἰνδοῖς φησὶν οὐκ εἶναι τῷ βασιλεῖ μεθυσθῆναι. Παρὰ δὲ Πέρσαις τῷ βασιλεῖ ἐφίεται μεθύσκεσθαι μιᾷ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ θύουσι τῷ Μίθρῃ. Γράφει δὲ οὕτως περὶ τούτου Δοῦρις ἐν τῇ ἑβδόμῃ τῶν Ἱστοριῶν* « *Ἐν μόνῃ τῶν ἑορτῶν τῶν ἀγομένων ὑπὸ Περσῶν τῷ Μίθρῃ βασιλεὺς μεθύσκεται, καὶ τὸ Περσικὸν ὀρχεῖται· τῶν δὲ λοιπῶν οὐδεὶς κατὰ τὴν Ἀσίαν, ἀλλὰ πάντες ἀπέχονται κατὰ τὴν ἡμέραν ταύτην τῆς ὀρχήσεως. Πέρσαι γὰρ, ὥσπερ ἱππεύειν, οὕτω καὶ ὀρχεῖσθαι μανθάνουσι· καὶ νομίζουσι, τὴν ἐκ τῆς ἐργασίας ταύτης κίνησιν ἐμμελῆ τινα λαμβάνειν γυμνασίαν τῆς τοῦ σώματος ῥώμης* ».

Addito Duridis nomine, priorem loci hujus partem ex Athenaeo Eustathius excerpsit, ad *Odyss.* Σ. p. 1834, posteriorem ad *Iliad.* N p. 957.

Ἐν μόνῃ τῶν ἑορτῶν κ. τ. λ. De Mithrae cultu festoque in ejus honorem a Persis celebrato agit Brissonius, *de Regn. Pers.* II. 8 sqq. et 70 sqq. Commentationem *de Deo Sole invicto Mithra* edidit Eichhorn in *Comm. Soc. Goett.* Vol. II. p. 155 sqq. Adi etiam Creuzerum in *Annal. Heidelb.* 1838. II p. 625 sqq. An autem sola Mithrae festi opportunitate Rex tam largiter se vino invitaverit et inebriatus sit, multa nos dubitare cogunt veterum testimonia, quorum sufficit laudasse Heraclidem Cumaeum ap.

Athen. IV. p. 145 C et Aelian. *V. H.* XII. 1 p. 659 Periz. Nisi quis cum Athenaeo l. l. sic in genere quaestionem solvere malit: Εἰ δὲ ὁ Πέρσης Δαρεῖος — ἐπιγεγραμμένον εἶχε τῷ αὑτοῦ μνήματι τό· Ἠδυνάμην καὶ οἶνον πίνειν πολὺν καὶ τοῦτον φέρειν καλῶς, πολυπότης μὲν ἂν εἴη, μέθυσος δὲ οὔ. Cf. porro ad h. l. Baehr, *Ctes. Cnid. opp. rell.* p. 233. Contra sobrietas Regum Persarum ex colloquio elucet, quod a Xenophonte *Cyrop.* I. 3. 11 fingitur inter Astyagem et Cyrum puerum habitum, ipsisque Persarum legibus poenas fuisse ebrietati statutas item prodit Maximus Tyr. *Orat.* XII p. 130. Vid. etiam Xenophon l. l. VIII. 1. 36.

Τὸ Περσικὸν. Saltabant Persae ad tibiarum modum pulsantes peltas et in genua interdum procumbentes. Vid. Xenoph. *Exp. Cyr.* VI. 1. 10, ubi plures scriptores excitarunt Schneiderus et Bornem. Cff. Meursius *Orchestr.* p. 59; Brisson. l. l. II. 112.

Uti paulo post expugnatas Tyrum et Gazam urbes, Ol. CXII. 2, Alexander in Aegyptum movit (Diod. Sic. XVII. 49); ita in hujus expeditionis narratione de *pyramidibus* Duridem retulisse crediderim. Obiter id notavit Plinius *H. N.* XXXVI. 17. 3, his quidem verbis: « *Qui de iis scripserunt, sunt Herodotus, Euhemerus*, Duris Samius, *Aristagoras. — Inter omnes eos non constat, a quibus factae sint, justissimo casu obliteratis tantae vanitatis auctoribus. Aliqui ex his prodiderunt, in raphanos et allium ac caepas mille sexcenta talenta erogata.* » — Huc quoque referrem, si, quod opinatur Baehrius l. l. p. 227, Duridis essent quae Eustathius ad *Od.* Δ.p. 1499 sq. de vino Chalybonio scribit, quo solo Rex utatur, deque sale Am-

moniaco; sed, ubi cum Eustathii verbis Athenaeum confero II p. 67 A. B, videtur ille hunc potius ob oculos habuisse, ex Dinonis *Persicis* referentem, ἅλας Ἀμμωνιακὸν ἀπ᾽ Αἰγύπτου ἀναπέμπεσθαι βασιλεῖ, καὶ ὕδωρ ἐκ τοῦ Νείλου. Horum igitur non Duris auctor, sed Dinon; qui nisi item Chalybonii vini mentionem fecit, meminit certe Posidonius apud Athen. I p. 28 D.

XIV.

Athen. XII p. 528 F. 529 A. Τοιοῦτος δ᾽ ἦν καὶ Σαρδανάπαλλος. — Ὅτε δὴ οὖν Ἀρβάκης, εἷς τῶν ὑπ᾽ αὐτὸν στρατηγῶν, Μῆδος γένος, διεπράξατο διά τινος τῶν εὐνούχων, Σπαραμείζου, θεάσασθαι Σαρδανάπαλλον, καὶ μόλις αὐτῷ ἐπετράπη ἐκείνου ἐθελήσαντος, ὡς εἰσελθὼν εἶδεν αὐτὸν ὁ Μῆδος ἐψιμυθιωμένον καὶ κεκοσμημένον γυναικιστὶ, καὶ μετὰ τῶν παλλακίδων ξαίνοντα πορφύραν, ἀναβάδην τε μετ᾽ αὐτῶν καθήμενον, γυναικείαν δὲ στολὴν ἔχοντα, καὶ κατεξυρημένον τὸν πώγωνα, καὶ καταπεπισσηρισμένον· (ἦν δὲ καὶ γάλακτος λευκότερος, καὶ ὑπεγέγραπτο τοὺς ὀφθαλμούς·) ἐπεὶ δὲ καὶ προσεῖδε τὸν Ἀρβάκην, τὰ λευκὰ ἐπαναβαλὼν τοῖς ὀφθαλμοῖς, οἱ μὲν πολλοὶ, ὧν ἐστι καὶ Δοῦρις, ἱστοροῦσιν ὑπὸ τούτου ἀγανακτήσαντος, εἰ τοιοῦτος αὐτῶν βασιλεύει, συγκεντηθέντα ἀποθανεῖν.

Ex Athenaeo sua denuo hausit Eustathius ad Hom. *Odyss.* Δ p. 1489. Narrationem Duridis aperte sequitur auxitque Const. Manasses p. 26 ed. Meursii.

Σαρδανάπαλλος. Hanc scripturam ex codicibus restituit Schweighaeuserus, quamquam et Σαρδανάπαλος saepissime,

nec male scribitur. Cff. Ruhnken. ad Vell. Pat. I. 6. 2 p. 554 et Baehrius, *Ctes. opp. rell.* p. 430. Duos fuisse Sardanapalos, Persicum unum, alterum Assyrium, nonnulli ex antiquis crediderunt, imo fuere qui tres statuerent. Cff. Sturzius, *Hellan. fragm.* p. 95 sqq. et Baehrius l.l. p. 435. Quam sententiam docte refutare studuit Cnoop Koopmans, *disp. hist. crit. de Sardanap.*, Amstel. 1819. Is igitur, examinatis veterum traditionibus, omnia quae de duobus vel tribus Sardanapalis memoriae sunt prodita, ad unum efficit eundemque Assyriae Regem esse referenda. Vid. l. l. p. 21 sqq.

Ἀρβάκης. Pro Arbace ex Nic. Damasceno Suidas s. v. Tom. III p. 286 male nominat Perseum; qua de re cf. Koopmans l.l. p. 12, in primisque p. 35 sqq. De Sardanapali autem exitu triplici modo traditur. Prima et vulgaris Ctesiana est narratio, a qua Duris aliique (cff. Vell. Pat. l.l.; Agathias p. 59) ita discrepant, ut hi Regem ab Arbace interfectum scripserint, ille bellum dixerit parasse devictumque se in regia cremasse. Clitarchus denique regno spoliatum senio obiisse narravit. Vid. Athen. XII. p. 530 A. Cff. omnino Koopmans p. 11 sqq.; Baehr p. 427 sqq.

ἐψιμυθιωμένον. De forma et significatione vocabuli ψιμυθιοῦν, *de cerussa illinere*, *fucare*, ad candorem faciei conciliandum nitidioremque praebendum adspectum, cff. Stephanus, *Lexic.* Vol. I p. CCCCLXVI ed. Lond.; Pierson ad Moerid. Attic. v. Ἐντρίβεσθαι. p. 166 sq.; Baehr ad Plut. *Alcib.* XXXIX p. 263 sq.; Becker, *Charikles* II p. 233 sqq.

μετὰ τῶν παλλ. Conveniunt Diod. Sic. II. 23; Plutarch. *Orat. de Alex. fort.* II. p. 336 (Opp. Vol. VII. p. 327 ed. Reisk.); Schol. Aristid. ed. Frommel p. 139; Sui-

das l.l., aliique bene multi, quos recenset Koopmans l.l. ex eoque Baehr, *Ctes. opp. rell.* p. 431. Graecos autem scriptores, qui haec in Sardanapalo vituperaverint, ad suos magis respexisse mores, quam ad orientalium Regum consuetudinem, opportune admonet Koopmans p. 136.

ἀναβάδην — καθήμενον. *Pedibus sublime porrectis sedentem.* Sic vertit Stephanus Vol. III p. 2529. Suidas Tom. I p. 157 ἀναβάδην καθῆσθαι interpretatur μετέωρον καθέζεσθαι. Consule etiam Schol. Aristoph. *Plut.* 1123 et Hesych. Tom. I p. 314, ibique Alberti et in primis Hemsterhusii notas. Add. Baehr l.l. p. 431 sq.

ὑπεγέγρ. τοὺς ὀφθ. Eadem verba, κοσμεῖν γυναικιστὶ, ὑπογράφειν et ψιμυθιοῦν de Alcibiade, ab amica mulierum more exornato, usurpat Plutarchus, *Vit. Alcib.* XXXIX, ad quem locum vid. Baehr p. 262. Ὑπογράφειν, *pigmentis vel stibio illinere*, mulieres apud Persas palpebras solebant inferiores, quo pulchriores et majores apparerent oculi. Neque Medorum Reges abstinuisse ab ὀφθαλμῶν ὑπογραφῇ καὶ χρώματος ἐντρίψει, monet Xenophon, *Cyrop.* I. 3. 2. Ceterum totam hanc mollem vivendi rationem ex orientalium Principum Regumque moribus fuse et egregie explicat Koopmans p. 128 sqq.

XV.

E LIBRO VII.

Anecd. Graec. ed. Bekk. II. p. 782. Φοινίκεια δὲ τὰ γράμματα ἐλέγοντο, ὥς φησιν Ἔφορος ὁ Κυμαῖος καὶ Ἡρόδοτος, ἐπεὶ Φοίνικες εὗρον αὐτά. — Δοῦρις δὲ ὁ Σάμιος ὁ ἱστορικὸς ἐν ὀγδόῃ τῶν Μακεδονικῶν, ἀπὸ Φοίνικος, τοῦ Ἀχιλλέως τροφοῦ.

Φοινικήϊα γράμματα ab Herodoto commemorantur V. 58. Vulgaris antiquitatis sententia fuit, a Phoenicibus literas inventas, sed a Phoenice Cadmo, Agenoris filio, fuisse in Graeciam introductas, quam sententiam tuetur atque ex ipsis literarum formis dudum explicuit Scaliger ad Euseb. p. 110 sqq. Cff. *Anecd.* Bekk. l. l. p. 780—786; Plinius *H. N.* V. 13, VII. 57; Jo. Laur. Lydus, *Exc. var. argum.* I. 9, 10. p. 6 sq.; Suidas Tom. I. p. 493 v. Γράμματα; Eudocia p. 267. Idem ex Ephoro refertur a Clem. Alex. *Strom.* I. p. 362 et in *Anecd. Gr.* ed. Bekk. Vol. II. p. 783, 786. Vide quae profert Marx, *Ephori fr.* p. 241 (qui tamen minus recte, ut videtur, Ephori locos ad *Historias* retulit, quum pertineant potius ad ejusdem auctoris Εὑρήματα.). Antiquae igitur a Phoenicibus inventae literae *sedecim* fuere numero, sed posterius Iones, seu potius Samii, *viginti quatuor* literarum inventores credebantur; quas Euclide Archonte Ol. XCIV. 2 Callistratus Samius Athenas detulisset. Vide praeter scriptores modo laudatos Harpocrat. v. Ἀττικοῖς γράμμασι p. 39, recepta partim in *Anecd. Gr.* ed. Bachm. I. p. 161, a Suida v. Ἀττικισμός Tom. I. p. 370, ubi cf. Kusterus; Hesych. v. Σαμίων ὁ δῆμος Tom. II. p. 1147; Phot. Λεξ. συναγ. p. 499; Apostol. *Prov.* XVII. 25 p. 210; Ephorum ap. Schol. Hom. *Il.* Z. 187, qui locus exstat ad calcem Ammonii ed. Valcken. p. 242, repetitus a Villois. p. 182; Tzetzes, *Chil.* X. 332. 441 sqq., XII. 398. 59 sqq.; denique Suid. v. Φοινικήϊα γράμματα Tom. III. p. 639. — Quam tamen literarum historiam aliter explicat veteris grammatici fragmentum, quod exstat apud Villoison. *Anecd. Graec.* II p. 187 sq.: Οὐ γράμματα εἶχον οἱ Ἕλληνες, ἀλλὰ διὰ Φοινικείων γραμμάτων ἔγραφον τὰ

αὐτῶν Ἑλληνικὰ γράμματα. καὶ γὰρ αὐτὰ τὰ Φοινίκεια τοῖς ὀνόμασιν, ὡς καὶ τὰ Ἑβραϊκὰ, κατὰ μίμησιν τῶν Εβραίων, τοῖς Φοίνιξιν εὑρέθη. Παλαμήδης δ' ὕστερον ἐλθὼν, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ ἄλφα, δέκα ἓξ μόνα τοῖς Ἕλλησιν εὗρε στοιχεῖα. — Προσέθηκε δὲ αὐτοῖς Κάδμος ὁ Μιλήσιος γράμματα τρία, θ, φ, χ. — Μετὰ ταῦτα Σιμωνίδης ὁ Χίος ἐλθὼν προσέθηκε δύο, η καὶ ω, Ἐπίχαρμος δὲ ὁ Συρακούσιος τρία, ζ, ξ, ψ. καὶ οὕτως ἐπληρώθησαν τὰ εἴκοσι τέσσαρα. Vid. porro Plinius *H. N.* VII. 57; Tzetzes, *Chil.* XII. 398. 36 sqq. Cf. Bode, *Gesch. d. Hell. Dichtk.* Vol. III P. II p. 47.

Ita quum de literarum inventoribus dubitaverint fere veteres, quid mirum si ipsum quoque nomen Φοινίκεια γράμματα varie interpretati sint? Qua de re Diomedis est fragmentum apud Villoison. l.l. p. 186 sq.: Τινὲς δέ φασι, τοὺς χαρακτῆρας τῶν στοιχείων τοὺς παρ' ἡμῖν ὑπὸ Ἑρμοῦ ἐν φοίνικος φύλλῳ γεγραμμένους καταπεμφθῆναι τοῖς ἀνθρώποις· διὸ καὶ Φοινίκεια λέγεται τὰ γράμματα. οἱ δὲ, ὅτι Φοινίκων ἐστὶν εὕρεσις· οἱ δὲ, ὅ τ ι ὁ π α ι δ α γ ω γ ὸ ς τ ο ῦ Ἀ χ ι λ λ έ ω ς Φ ο ῖ ν ι ξ ἐ φ ε ῦ ρ ε ν α ὐ τ ά. Ad Duridis interpretationem respicitur quoque ibidem p. 187, qui locus legitur item in *Anecd.* Bekk. p. 781. Alii denique in alias easque maxime diversas partes abierunt. Vide *Anecd.* Bekk. p. 782.

XVI.

E LIBRO IX.

Athen. XIII p. 606 D. Δελφῖνα δ' ἐν Ἰασῷ παιδὸς ἐρασθῆναι λόγος, ὡς ἱστορεῖ Δ ο ῦ ρ ι ς ἐν τῇ ἐνάτῃ. Ὁ δὲ λόγος ἐστὶν αὐτῷ περὶ Ἀλεξάνδρου, καὶ λέγει οὕτως· « Μετεπέμψατο δὲ καὶ τὸν ἐκ τῆς Ἰασοῦ παῖδα. Περὶ

γὰρ τὴν πόλιν ταύτην Διονύσιός τις ἦν παῖς, ὃς μετὰ τῶν ἄλλων ἐκ παλαίστρας παραγενόμενος ἐπὶ τὴν θάλατταν ἐκολύμβα. Δελφὶς δὲ πρὸς αὐτὸν ἐκ τοῦ πελάγους ἀπήντα, καὶ ἀναλαμβάνων ἐπὶ τὰ νῶτα ἔφερεν ἐπὶ πλεῖστον νηχόμενος, καὶ πάλιν ἀποκαθίστη εἰς τὴν γῆν.»

Ante περὶ Ἀλεξ. omisi articulum, a Schweighaeusero, nescio qua de causa, repetitum. De illo delphini amore cf. Plutarch. *de solert. anim.* p. 984 (Opp. X. p. 96 ed. Reisk.), qui tamen alium est auctorem secutus. Puerum enim aliquando a delphino in mare decidisse narrat et periisse; quo facto etiam delphinum prae dolore mortuum esse. Jassenses autem in memoriam hujus amoris monetae notam habuisse puerum, delphino vectum. Cf. Pollux IX. 84. Fusius ex eodem fonte, quo Plutarchus usus est, historiam Aelianus retulit, *H. A.* VI. 15, quam repetiit Tzetzes, *Chil.* IV. 117. 10 sqq. Solinus, *Polyh.* XII p. 24 A de more sordide hausit e Plinio, qui *H. N.* IX. 8 narrat, quod apud Athen. obscure significatur, puerum illum ex eodem Ioniae oppido, cujus situm describit Polybius XVI. 12. 1 (cf. v. d. Chys, *comm. geogr. in Arrian.* p. 27), Babylonem fuisse ab Alexandro, arcessitum praefectumque ibi Neptuni sacerdotio.

XVII.

Ol. CXII. 4.

Plutarch. *Vit. Alex.* XLVI. Ἐνταῦθα δὲ πρὸς αὐτὸν ἀφικέσθαι τὴν Ἀμαζόνα οἱ πολλοὶ λέγουσιν· — Ἀριστόβουλος δὲ καὶ — Δοῦρις ὁ Σάμιος πλάσμα φασὶ γεγονέναι τοῦτο.

Cf. ad h. l. p. 57 sq. Curtius VI. 5. 31 concubitum cum

Amazonum Regina, cui Thalestris datur seu Thalestria nomen, factum fuisse affirmat, pariterque Justin. II. 4 sub fin. et Diod. Sic. XVII. 77. Negat omnino Arrianus *de Exp. Alex.* VII. 13, his quidem verbis: Ταῦτα δὲ οὔτε Ἀριστόβουλος, οὔτε Πτολεμαῖος, οὔτε τις ἄλλος ἀνέγραψεν, ὅστις ἱκανὸς ὑπὲρ τῶν τηλικούτων τεκμηριῶσαι· οὐδὲ δοκεῖ μοι ἐν τῷ τότε σώζεσθαι τὸ γένος τῶν Ἀμαζόνων. Simili prorsus modo Strabo (XI. p. 771 A. B, quo loco fusius de tota re Amazonum disserit;) de concubitu illo in Hyrcania, ut perhibent, facto disputat: Τῶν συγγραφέων, inquit, τοσούτων ὄντων, οἱ μάλιστα τῆς ἀληθείας φροντίσαντες οὐκ εἰρήκασιν· οὐδ' οἱ πιστευόμενοι μάλιστα οὐδενὸς μέμνηνται τούτων· οὐδ' οἱ εἰπόντες τὰ αὐτὰ εἰρήκασι. Et deinde demonstrata Clitarchi narrationis falsitate, qui illud asseveraverat: οἱ δὲ πλάσαντες ἦσαν οἱ κολακείας μᾶλλον, ἢ ἀληθείας φροντίζοντες. — De pristina Amazonum sede vide quos laudavi ad Fragm. V.

XVIII.

Ol. CXIII. 1.

Schol. Apoll. Rh. II. 1249. Δεθῆναι τὸν Προμηθέα φησὶν Ἡσίοδος, καὶ τὸν ἀετὸν ἐπιπεμφθῆναι αὐτῷ διὰ τὴν τοῦ πυρὸς κλοπήν. Δοῦρις δέ φησι, διὰ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἐρασθῆναι. ὅθεν τοὺς περὶ τὸν Καυκάσιον οἰκοῦντας μόνῳ Διῒ καὶ Ἀθηνᾷ μὴ θύειν, διὰ τὸ κολάσεως αἰτίους Προμηθεῖ γενέσθαι· καθ' ὑπερβολὴν δὲ σέβειν Ἡρακλέα, τῆς τοῦ ἀετοῦ τοξείας χάριν.

Addito Duridis nomine, locum descripsit Eudocia v. Προμηθεὺς p. 346. Fabula illa Promethei ut varie traditur, ita multos etiam nacta est, qui vel historice eam in-

terpretari conarentur vel allegorice, quorum sententias recenset Scholiastes l. l. 1248, ex eoque Eudocia Cf. omnino Schütz, *Exc.* I. ad Aesch. *Prometh.* p. 158 sqq. Punitum Prometheum plurimi, Hesiodum (*Opp. et Dier.* v. 52 sqq.) secuti, narrarunt propter ignem de coelo surreptum hominibusque donatum, quorum est Aeschyl. *Prometh.* vs. 7 sqq:

Παντέχνου πυρὸς σέλας,
Θνητοῖσι κλέψας ὤπασεν· τοιᾶσδέ τοι
Ἁμαρτίας σφε δεῖ θεοῖς δοῦναι δίκην,
Ὡς ἂν διδαχθῇ τὴν Διὸς τυραννίδα
Στέργειν, φιλανθρώπου δὲ παύεσθαι τρόπου.

Cff. vs. 110, 252 sqq. Πάντεχνον illud πῦρ quum viam hominibus aperiret ad artes inveniendas plurimas, egregie apud Platon. *Protag.* p. 321 D. E dicitur Prometheus cum igni dedisse hominibus τὴν ἔντεχνον σοφίαν, unde acceperit homo τὴν περὶ τὸν βίον σοφίαν. Cf. Theophrastus ap. Schol. l.l. Neque hic constitit Prometheus. Ubi enim τὴν πολιτικὴν σοφίαν viderat desiderari, εἰς τὸ τῆς Ἀθηνᾶς καὶ Ἡφαίστου οἴκημα, ἐν ᾧ ἐφιλοτεχνείτην, λάθων εἰσέρχεται· καὶ κλέψας τήν τε ἔμπυρον τέχνην τὴν τοῦ Ἡφαίστου, καὶ τὴν ἄλλην τὴν τῆς Ἀθηνᾶς, δίδωσιν ἀνθρώπῳ. Cf. omnino de hoc argumento A. Ekker, *Spec. in Protag. ap. Plat. fab. de Prometheo, Traj. ad Rh.* 1822. Atque simile quid voluisse Duris videtur, quum poenas luisse Prometheum scriberet propter amatam a se Minervam. Cum qua quidem Dea et Vulcano tertius Athenis solebat in Academia coli Prometheus, ut ex Apollodoro refert Schol. Sophocl. *Oed. Col.* 55.

Καυκάσιον. Prometheum igitur ab irato Jove rupi alligatum ferunt, quam cum aliis compluribus, quos enumerare nil attinet, Duris videtur in Caucaso monte collocasse. Sed Paropamisum ita a Macedonibus, Alexandro

turpiter adulantibus, vocatum fuisse docet Arriauus, *Hist. Ind.* V: Τὸν Παραπάμισον Καύκασον ἐκάλεον Μακεδόνες, οὐδέν τι προσήκοντα τοῦτον τῷ Καυκάσῳ. Καί τι καὶ ἄντρον ἐπιφρασθέντες ἐν Παραπαμισάδεσι, τοῦτο ἔφρασαν ἐκεῖνο εἶναι τοῦ Προμηθέως τοῦ Τιτῆνος τὸ ἄντρον, ἐν ὅτῳ ἐκρέματο ἐπὶ τῇ κλοπῇ τοῦ πυρός. Cff. id. *Exp. Alex.* V. 3, Diod. Sic. XVII. 83, quique cum Arriauo convenit apprime, Strabo XI. p. 771 C—772 A, XV. 1. p. 1009 A. B, unde profecit Eudocia p. 217. Disputarunt hac de re Schütz in *Argum. Aesch. Prometh.* I. p. 9 sqq. et Stanleius, cujus ille verba recepit *Exc.* I. p. 165 sq.; Heynius ad Apoll. II. 5. 11.

Ἡρακλέα. Hercules, aquila iuterfecta, Prometheum liberavit, ideoque, ut Duris conteudit, eximie illum Caucasi vel Paropamisi accolae coluerunt. Saue Arrianus l.l., et praecipue VIII, ubi de Herculis in India vita plura affert, cultum maxime scribit Surasenis, item Sibis, qui pellibus amicti clavam gestarent, bubusque clavae notam inurerent; quae si ab Hercule sint repetenda, de Thebano cogitandum mouet. Cf. omnino Strab. XV p. 1008 D, 1009 A, ubi uarrationis, quae h. l. Duridi tribuitur, diserte meminit, sed tacito auctore.

Hoc fragmentum Westerm. ad Voss. p. 133 n. 22 pertinere opinatur ad librum περὶ Ἀγώνων; sed nisi forte ex opere Περὶ Νόμων desumptum sit, huc referendum putaverim, ueque ab Alexaudri rebus sejungendum, ut qui Ol. CXIII. 1 in Paropamisadas progressus ad Promethei quoque antrum devenerit. Vid. etiam Diod. Sic. XVII. 82 sq. Ex Alexaudri autem scriptoribus eadem fere tradit Strabo l. l.

XIX.

Ol. CXIII. 2.

Plinius *H. N.* VII. 3. Duris, *Indorum quosdam cum feris coire, mixtosque et semiferos esse partus. In Calingis, ejusdem Indiae gente, quinquennes concipere feminas, octavum vitae annum non excedere. Et alibi cauda villosa homines nasci pernicitatis eximiae, alios auribus totos contegi.*

Calingis. De Calingis, gentis tamen nomine omisso, Pliniana recepit Solinus, *Polyh.* LII. p. 57 G. Vide etiam Plin. *H. N.* VI. 21. Ex Megasthene similia prodit Arriann, *Hist. Ind.* IX. Herculem enim praefecisse filiam Pandaeam cuidam in India regioni, in qua nata esset, ab ea Pandaeae postea appellatae. Quum vero sibi haud procul abesse vitae finem suspicaretur, nec filiae virum inveniret, cui nuberet dignum, Herculem Pandaeam septem annos natam fecisse nubilem cum eaque coïsse. Hinc universam gentem, cui Pandaea praeësset, hoc accepisse ab Hercule beneficium, ut septimo fierent aetatis anno viro maturae. Cf. Plinius *H. N.* VI. 23.

Cauda villosa. Hujus generis homines sic describit Ctesias *Indic.* XXIII (ap. Phot. *Bibl.* Cod. LXXII. p. 48 a): Οὐρὰν ἔχουσι πάντες, καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες, ὑπὲρ τῶν ἰσχίων, οἵανπερ κύων· μείζονα δὲ καὶ δασυτέραν. Idem de aliarum gentium immensis auribus l. l. XXXI. (Phot. p. 49): Τὰ ὦτα τηλικαῦτα ἔχειν, ὥστε τοὺς βραχίονας αὐτῶν ὑπ' αὐτῶν καλύπτεσθαι μέχρι τῶν ἀγκώνων, καὶ ὄπισθεν τὸν νῶτον ἅπαντα συγκαλύπτειν. τὸ δὲ οὖς τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου θιγγάνει. Quibuscum cff. quae narrat Strabo XV p. 1037 C—1038 A, quo loco etiam τοὺς

Ὠκύποδας commemorat, *ἵππων μᾶλλον ἀπιόντας*; item *Ἐνωτοκοίτας, ποδήρη τὰ ὦτα ἔχοντας, ὡς ἐγκαθεύδειν· μονομμάτους δὲ ἄλλους, ὦτα μὲν ἔχοντας κυνὸς, ἐν μέσῳ δὲ τῷ μετώπῳ τὸν ὀφθαλμὸν, ὀρθοχαίτας, λασίους τὰ στήθη.* — Similiter ex Scylace inter alia mirabilia Indiae *τοὺς Ὠτολίκνους* numerat Tzetzes, *Chil.* VII. 144. Nec minus fidem exsuperant quae ex Graecis scriptoribus excerpsit Gellius *N. A.* IX. 4. Cf. Diod. Sic. XVII. 105; Plinius *H. N.* VI. 35. Talia autem ne quis in scriptorum commentis reponat. Fabulae illae, ex ipsa India oriundae, antiquitati credulae peregrinarumque regionum satis rudi, facile placere debuerunt; quae quidem iisdem regionibus tanto fuere studio acceptae et ad posteritatem propagatae, ut recentiore etiam aetate earum ibidem vigeret traditio fidesque. Cff. Heeren, *Ideën* ed. Belg. I p. 342 et Baehr, *Ctes. opp. rell.* p. 328.

XX.

Ol. CXIII. 2.

Athen. I p. 17 F. *Καθέζονται δ' ἐν τοῖς συνδείπνοις οἱ ἥρωες* (apud Homerum), *οὐ κατακέκλινται. Τοῦτο δὲ καὶ παρ' Ἀλεξάνδρῳ τῷ βασιλεῖ ἐνίοτε ἦν, ὥς φησι Δοῦρις. Ἑστιῶν γοῦν ποτε ἡγεμόνας εἰς ἑξακισχιλίους, ἐκάθισεν ἐπὶ δίφρων ἀργυρῶν καὶ κλιντήρων, ἁλουργοῖς περιστρώσας ἱματίοις.*

Numerus *ἑξακισχιλίους* varie in codd. legitur; sed eundem, Casaubono teste, babet alicubi Eustathius, cujus haec sunt verba: *Λέγεται, ὡς καὶ Ἀλεξανδρός ποτε εἰς ἑξακισχιλίους ἡγεμόνας ἐκάθισεν ἐπὶ δίφρων ἀργυρῶν.* De

Homericorum heroum more, ab Athenaeo significato, cf. Athenaeus V. p. 192 E, maximeque Terpstra *Antiq. Hom.* p. 151 sqq. — Duridis narratio spectare videtur ad comessationes, quas septem dies Alexander in Carmania instituisse ferebatur, quasque describit Plutarch. *Alex.* LXVII. In iis enim *ἅμαξαι παμπληθεῖς, αἱ μὲν ἁλουργοῖς καὶ ποικίλοις περιβολαίοις, αἱ δ' ὕλης ἀεὶ προσφάτου καὶ χλωρᾶς σκιαζόμεναι κλάδοις εἵποντο, τοὺς ἄλλους ἄγουσαι φίλευς καὶ ἡγεμόνας ἐστεφανωμένους καὶ πίνεντας.* Cff. Curtius IX. 10. 26 sq., Diod. Sic. XVII. 106. His adversatur Arrianus, *de Exp. Alex.* VI. 28, quippe qnae neque Ptolemaeus tradiderit nequo Aristobulus, *οὐδέ τις ἄλλος, ὅντινα ἱκανὸν ἂν τις ποιήσαιτο τεκμηριῶσαι ὑπὲρ τῶν τοιῶνδε.* Tantum gratias diis agentem, sacra fecisse Regem affirmat, propter victoriam de Indis reportatam et exercitum in Gedrosiis servatum, ludosque edidisse musicos et gymnicos. Cf. Droysen, *Gesch. Alex.* p. 483.

XXI.

E LIBRO X.

Ol. CXIII. 4 *vel* CXIV. 1.

Suidas Tom. II p. 773. *Ὧι τὸ ἱερὸν πῦρ οὐκ ἔξεστι φυσῆσαι. Τίμαιος ἐν λή Ἱστοριῶν, ὡς οἱ περὶ Δημοκλείδην κατὰ Δημοχάρους εἶπον, ὅτι μόνῳ αὐτῷ πάντων Ἀθηναίων οὐκ ἔξεστι τὸ ἱερὸν πῦρ φυσῆσαι, ὡς μὴ καθαρεύοντι τοῖς ἄνω μέρεσιν. Δοῦρις δὲ ἐν τῇ ί. Πυθέαν κατὰ Δημοσθένους τὸ ὅμοιον εἰπεῖν.*

De hoc fragmento jam disputatum est p. 19 sq., ubi Py-

theae dictnm referre stndui ad *κατηγορίαν* Demosthenis tempore litis Harpalicae. Contractius ex Timaeo eadem refert Suidas, v. *Δημοχάρης* Tom. I. p. 547; aliter vero ea de re exponit Polybius in *Exc. Vales.* p. 53, quam discrepantiam componere conatur Ruhnkenins ad Rutil. Lup. p. 7 sqq., qui omnino de Demochare, oratore et historico insigni, Demosthenis ex sorore nepote, conferendus est. Timaei verba illustrat Goeller, *Timaei fr.* p. 238 sqq.; proverhium etiam Erasmus, *Adag.* p. 312 (ed. 1643). — Pytheam hominem appellat *λάλον καὶ θρασὺν* Plutarchus *Vit. Phoc.* XXI, de eoque Suidas Tom. III. p. 236: *Υἱὸς ἦν Μυλώθρου, καὶ θρασὺς σφόδρα. — Οὐκ ἐκρίθη μετὰ τῶν λοιπῶν ῥητόρων, ὡς θρασὺς καὶ διεσπασμένος*, quae postrema Ruhnken. l. l. p. 40 mntanda censet in *τραχὺς καὶ διεσπ.*, « quum orationis genus reprehendatur asperum, durum, diffluens, solntum. » In Demosthenem in primis acerbe est invectus, ut praeter Suidam et Rutil. Lup. I. 11 testantur saepins veteres. Vid. Ruhnken. l. l. p. 40 sq. Cf. Wachsmuth, *Hell. Altherth.* I. 2 p. 413.

XXII.

Plutarch. *Vit. Phoc.* IV. *Φωκίωνα οὔτε γελάσαντά τις οὔτε κλαύσαντα ῥᾳδίως Ἀθηναίων εἶδεν, οὐδ᾽ ἐν βαλανείῳ δημοσιεύοντι λουσάμενον, ὡς ἱστόρηκε Δοῦρις, οὐδ᾽ ἐκτὸς ἔχοντα τὴν χεῖρα τῆς περιβολῆς, ὅτε τύχοι περιβεβλημένος. Ἐπεὶ κατά γε τὴν χώραν καὶ τὰς στρατείας ἀνυπόδητος ἀεὶ καὶ γυμνὸς ἐβάδιζεν, εἰ μὴ ψῦχος ὑπερβάλλον εἴη καὶ δυσκαρτέρητον, ὥστε καὶ παίζοντας ἤδη τοὺς στρατευομένους σύμβολον μεγάλου ποιεῖσθαι χειμῶνος ἐνδεδυμένον Φωκίωνα.*

Priorem loci partem repetit Plutarchus in *Apophth.* p. 187 (Opp. Vol. VI p. 711 ed. Reisk.): *Φωκίων ὁ Ἀθηναῖος ὑπ' οὐδενὸς οὔτε γελῶν ὤφθη οὔτε δακρύων.*

οὐδ' ἐν βαλ. δημοσ. — *οὐδ' ἐκτὸς ἔχ.* De hoc Phocionis more cf. Becker, *Charikles* II p. 135 sq., 320 sq.

ἀνυπόδητος. Egregie haec conveniunt cum Alcibiadis de Socrate testimonio in *Symp.* Plat. p. 220 B. Cf. p. 174 A. Nec Socratis tantum, sed aliorum quoque principum in civitate virorum *ἀνυποδησία* saepe memoratur; qua de re cf. Becker l. l. p. 365 sq. *Γυμνὸς* praeterea Phocion ibat i. e. *ἐν χιτωνίσκῳ.* Vidd. Kraner ad Plut. l. c. p 11 et Becker p. 316, 319.

XXIII.

Plutarch. l. l. XVII. *Ὁ Δοῦρις εἴρηκεν, ὡς μέγας γενόμενος (Ἀλέξανδρος) καὶ Δαρείου κρατήσας ἀφεῖλε τῶν ἐπιστολῶν τὸ Χαίρειν, πλὴν ἐν ὅσαις ἔγραφε Φωκίωνι. Τοῦτον δὲ μόνον, ὥσπερ Ἀντίπατρον, μετὰ τοῦ Χαίρειν προσηγόρευε. Τοῦτο δὲ καὶ Χάρης ἱστόρηκεν.*

Insignem hanc Alexandri in Phocionem observantiam memorat item Aelianus *V. H.* I. 25. — Cicutam bibit Phocion Ol. CXV. 3, auctore Diod. Sic. XVIII. 67; quod quum enarraret Duris mores summi viri ingeniumque simul adumbrasse videtur, eoque pertinere utrumque Plutarchi locum suspicor.

XXIV.

Ol. CXV. 4.

Athen. XIII p. 560 F. *Δοῦρις δ' ὁ Σάμιος καὶ πρῶτον γενέσθαι πόλεμόν φησι δύο γυναικῶν, Ὀλυμπιά*

δος καὶ Εὐρυδίκης· ἐν ᾧ τὴν μὲν βακχικώτερον μετὰ τυμπάνων προελθεῖν, τὴν δ' Εὐρυδίκην Μακεδονικῶς καθωπλισμένην, ἀσκηθεῖσαν τὰ πολεμικὰ καὶ παρὰ Κυννάνῃ τῇ Ἰλλυρίδι.

Ὀλυμπ. καὶ Εὐρυδ. Illa Philippi fuit uxor, Alexandri M. mater; haec vero, primum *Adea* dicta, filia Amyntae et Cynnae sive Cynnanes, neptis Philippi et Audatae Illyricae, postea Eurydices appellatae, uxor denique Arrhidaei Vidd. Satyrus ap. Athen. XIII p. 557 C et Arrianus ap. Phot. *Bibl.* Cod. XCII p. 70 a. b. Cff. Perizon. ad Aelian. *V. H.* XIII. 36 et Schweigh. ad Athen. l. l. p. 560 B. Haec igitur Philippi neptis Eurydice bellum paravit contra Olympiadem, in Macedoniam reducem; sed devicta a Polysperchonte, vitam laqueo finivit, ipsi ab Olympiade simul cum cicuta et ense misso. Sic narrat Diod. Sic. XIX. 11, ex quo hausit Aelianus l. c., falso tamen Eurydicen Philippi filiam faciens; cujus erroris eum jam coarguit Kuhnius. Cf. Polyaenus *Strateg.* VIII. 60. Exposuit de hoc bello Droysen, *Gesch. d. Nachf. Alex.* p. 244 sqq.

ἀσκηθεῖσαν τὰ πολεμ. Hanc Cynanen aviam fuisse Eurydices aut materteram suspicatur Schweighaeus.; imo fuit ipsa Eurydices mater, quae posteaquam Amyntam maritum brevi amiserat, unam quam ex eo susceperat Eurydicen filiam rem docuit bellicam artibusque exercuit militaribus. Aperta res est tam ex Athen. IV p. 155 A quam ex Polyaeni in primis l. l, ubi plura de hac bellicosa leguntur muliere, *ἣ τὰ πολεμικὰ ἤσκησε, καὶ στρατοπέδου ἡγεῖτο, καὶ πολεμίοις παρετάσσετο.* Vocatur *Κυννάνη* s. *Κυνάνη* a Polyaeno et Athenaeo ex Duride, sed *Κύνναν* nominat ex Satyro Athenaeus p. 557 C, eo-

demque modo scribitur illud nomen IV p. 155 A et ap. Diod. Sic. XIX. 52; Κυνάνη vero nunc apud Photium l.l. restituit Bekkerus, pro quo olim Κύνα Κύνναν quandam haud bonae notae mulierem induxit Aristophanes *Vespp.* 1027, *Pac.* 753, *Equitt.* 762; quam quidem nominis scripturam ubivis reponendam esse vix dubitaverim.

XXV.

fort. Ol. CXVI. 1.

Strabo I p. 103 C. Δοῦρις δὲ τὰς Ῥαγάδας, τὰς κατὰ Μηδίαν, ὠνομάσθαί φησιν, ὑπὸ σεισμῶν ῥαγείσης τῆς περὶ τὰς Κασπίας πύλας γῆς, ὥστε ἀνατραπῆναι πόλεις συχνὰς καὶ κώμας καὶ ποταμοὺς ποικίλας μεταβολὰς δέξασθαι.

Idem sic iterum enarrat Strabo XI p. 783 B: Τοὔνομα δὲ ταῖς Ῥαγαῖς ἀπὸ τῶν γενομένων σεισμῶν γενέσθαι φασὶν, ὑφ' ὧν πόλεις τε συχναὶ, καὶ κῶμαι δισχίλιαι, ὥς φησι Ποσειδώνιος, ἐτράπησαν. Porro de eadem urbe operae pretium est conferre verba Diodori XIX. 44, quae Duridi deberi veri est simillimum. Ταύτην τὴν προσηγορίαν ἔσχεν ἀπὸ τῶν γενομένων περὶ αὐτὴν ἀτυχημάτων ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις. Πλείστας γὰρ ἔχουσα πόλεις τῶν ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις, καὶ μάλιστα εὐδαιμονούσας, τηλικούτους ἔσχε σεισμοὺς, ὥστε καὶ τὰς πόλεις καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἅπαντας ἀφανισθῆναι, καθόλου δὲ τὴν χώραν ἀλλοιωθῆναι, καὶ ποταμοὺς ἀντὶ τῶν προϋπαρχόντων ἄλλους φανῆναι, καὶ λίμνας.

Rhagas Arrianus, *de Exp. Alex.* III. 20, distare dicit a Caspiis portis unius diei iter ἐλαύνοντι, ὡς Ἀλέξανδρος ἦγεν; contra, ut ex Apollodoro tradit Strabo XI p. 783 A, quingenta stadia. Nihili, quippe confusa, sunt

quae Stephanus habet v. Ῥάγα p. 241. Cf. v. d. Chys, *comm. geogr. in Arrian.* p. 74 sq. Mirari tamen subit, quomodo Mediae urbs a Graecorum ῥήγνυσθαι appellari potuerit, nisi hoc illi nomen Macedonico potissimum aevo inditum fuisse statuamus. Magis se probabilitate commendat, quod Ῥήγιον dicunt ἀπὸ τῆς ῥήξεως dictum. Qua de re vid. Jo. Laur. Lydus, *de Mens.* IV. 60, ubi cff. quos laudat Roetherus p. 252. Add. Strabo VI. p. 396 A. B; Dion. Hal. *Excerpt.* XVII. 3.

Hoc fragmentum Westerm. ad Voss. p. 133 n. 22 desumptum putat ex opere quodam geographico; qua de re monui obiter p. 39. Equidem non dubitavi illud ad *Historias* referre. Posui autem hoc loco propter Diodorum, qui eadem scripto mandavit, ubi Antigonum, necato Eumene, castra dicit habuisse ad Ecbatana, Ol. CXVI. 1.

XXVI.

E LIBRO XV.

Ol. CXVI. 2.

Schol. Apoll. Rh. IV. 264. Δοῦρις δὲ ἐν πέμπτῃ καὶ δεκάτῳ τῶν Μακεδονικῶν, Ἀρκάδα φησίν, ἀφ' οὗ ἡ Ἀρκαδία καλεῖται, Ὀρχομένου υἱόν. διὸ καὶ πόλιν τῆς Ἀρκαδίας Ὀρχομενόν.

Ad verbum fere haec descripsit Schol. Aristoph *Nubb.* 397, Duride etiam auctore laudato, sed pro πόλιν ibi legitur male ποταμόν. Fuerunt quatuor ejus nominis in diversis regionibus oppida, teste Schol. Apoll. II. 1186: Ἔστιν Ὀρχομενὸς καὶ ὄρος καὶ πόλις Θεσσαλίας καὶ Βοιωτίας καὶ Ἀρκαδίας καὶ Πόντου. Jam ab Homero

Il. B. 605 inter Arcadiae oppida πολύμηλος Ὀρχομενὸς recensetur, ubi vide Eustath. p. 301. Ejus conditorem *Orchomenum* memorat quoque Pausanias VIII. 3. 1, Lycaonis filium, adstipulantibns Apollod. *Bibl.* III. 8. 1 et Tzetza ad Lyc. 480 p. 57. Idem vero Lycaon nepotem habuit *Arcadem*, a quo nomen traxisse Arcadia dicitur, non ab Orchomeno filio, ut Duris tradidit, procreatum, sed natum ex Callisto filia ipsoque Jove, ut ceteri scriptores statuerunt. Vido Apollod. l.l. 2; Pansan. VIII. 3. 3, coll. 4. 1; Ovidium *Metam.* II. 401 sqq. Cf. ad nostrum locum Heynius, *Opusc.* II p. 345 sqq. — Alius Orchomenns est, qni hujus nominis urbem in Boeotia condidit, Minyae Regis filius, de quo dicit Pausanias IX. 36. 4. Cff. Müller, *Orchomenus* p. 138; Buttmann, *Mythol.* II p. 197.

Hoc fragmentum ad narrationem pertinere de capta a Cassandro Orchomeno, haud scio an recte conjecerim. Vid. supra p. 20. Arcadiae autem et Orchomeni ut antiqnissimam historiam Duris tetigit, et pancis fortasse adnmbravit, ita ad eundem librum referenda esse videntur, quae de Gigantomachia ei auctori tribuuntur. In Arcadia enim, quam Γιγαντίδα inde vocarunt (Steph.. Byz. v. Ἀρκαδία p. 54), Hercnles Gigantes debellando Diis opem praestiterat egregiam. Vid. Heynius l.l. p. 338 sq.

XXVII.

E LIBRO XVI.

Schol. Apoll. Rhod. I. 501. Δοῦρις φησὶ, τοὺς ὑπὸ τῶν Γιγάντων κατενεχθέντας λίθους, τοὺς μὲν εἰς τὴν θάλασσαν πεσόντας γενέσθαι νήσους· τοὺς δὲ εἰς τὴν γῆν, ὄρη.

Gigantes, ex Oceano et terra procreati, ἠκόντιζον εἰς οὐρανὸν πέτρας καὶ δρῦς ἡμμένας, ut ait Apollod. *Bibl.* I. 6. 1. Cf. Tzetz. ad Lycophr. 63 p. 11.

XXVIII.

E LIBRO XVI.

Ol. CXVI—CXVII.

Athen. XII p. 542 B—E. Δημήτριος δὲ ὁ Φαληρεὺς, ὥς φησι Δοῦρις ἐν τῇ ἑκκαιδεκάτῃ τῶν Ἱστοριῶν, χιλίων καὶ διακοσίων ταλάντων κατ' ἐνιαυτὸν κύριος γενόμενος, καὶ ἀπὸ τούτων βραχέα δαπανῶν εἰς τοὺς στρατιώτας καὶ τὴν τῆς πόλεως διοίκησιν, τὰ λοιπὰ πάντα διὰ τὴν ἔμφυτον ἀκρασίαν ἠφάνιζε, θοίνας τε καθ' ἑκάστην ἡμέραν λαμπρὰς ἐπιτελῶν, καὶ πλῆθός τι συνδείπνων ἔχων· καὶ ταῖς μὲν δαπάναις ταῖς εἰς τὰ δεῖπνα τοὺς Μακεδόνας ὑπερέβαλε, τῇ δὲ καθαριότητι Κυπρίους καὶ Φοίνικας· ῥάσματά τε μύρων ἔπιπτεν ἐπὶ τὴν γῆν, ἀνθινά τε πολλὰ τῶν ἐδαφῶν ἐν τοῖς ἀνδρῶσι κατεσκευάζετο, διαπεποικιλμένα ὑπὸ δημιουργῶν. Ἦσαν δὲ καὶ πρὸς γυναῖκας ὁμιλίαι σιωπώμεναι, καὶ νεανίσκων ἔρωτες νυκτερινοί· καὶ ὁ τοῖς ἄλλοις τιθέμενος θεσμοὺς Δημήτριος, καὶ τοὺς βίους τάττων, ἀνομοθέτητον ἑαυτῷ τὸν βίον κατεσκεύαζεν. Ἐπεμελεῖτο δὲ καὶ τῆς ὄψεως, τήν τε τρίχα τὴν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ξανθιζόμενος, καὶ παιδέρωτι τὸ πρόσωπον ὑπαλειφόμενος, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀλείμμασιν ἐγχρίων ἑαυτόν· ἠβούλετο γὰρ τὴν ὄψιν ἱλαρὸς καὶ τοῖς ἀπαντῶσιν ἡδὺς φαίνεσθαι. Ἐν δὲ τῇ πομπῇ τῶν Διονυσίων, ἣν ἔπεμψεν Ἄρχων γενόμενος, ᾖδε χορὸς εἰς αὐτὸν ποιήματα Σειρώμενος τοῦ Σολέως, ἐν οἷς ἡλιόμορφος προσηγορεύετο·

Ἐξόχως δ' εὐγενέτας ἡλιόμορφος ζαθέοις
ἄρχων σε τιμαῖς γεραίρει.

Excerpsit haec Aelianus *V. H.* IX. 9, sed tum alia mutavit, tum pro Φαληρεὺς substituit Πολιορκητής. Omisit etiam, quae in hunc cadere nequeunt, ὁ τοῖς ἄλλοις τιθέμενος θεσμοὺς κ. τ. λ, quaeqne ultimo loco de Dionysiis ab *Archonte* Demetrio celebratis exponnntur. Hinc si Duridis traditionem ab Athenaeo proditam ignoraremus, in primis etiam Carystii Pergameni verba ibidem obvia, de Aeliani errore cogitare vix nobis in mentem veniret: nam ea ipsa, qnae excerpsit, a Poliorcetae ingenio haud ita sunt aliena. Nnnc vero elucet Aeliani vel ejus librariorum negligentia, ut dudum probarunt Perizon. et Schweigh.

χιλίων καὶ διακοσ. ταλάντων. Mille dncenta talenta snb Demetrio Phalereo quotannis in fiscnm rediisse, dubitat Grauert, *Hist. u. Philol. Anal.* p. 314, laudans Boeckhium, *Staatsh.* I. p. 465 sqq.: « *Da Athen fast keine Unterthanen mehr hatte, so müssen die Einkünfte in Zöllen und indirekten Abgaben bestanden haben: wahrscheinlich hatte Athen während der Kriege der Diadochen neutrale Schiffahrt, und sein Handel gewann durch die Zerstörung von Tyrus.* Cf. Droysen, *Gesch. d. Nachf. Alex.* p. 430. Licet autem Demetrii administrationem reipnblicae landibus extollat Diog. Laërt. V. 5. 75, nbi dicit: Πολλὰ δὲ καὶ κάλλιστα τῇ πατρίδι ἐπολιτεύσατο· καὶ γὰρ προσόδοις καὶ κατασκευαῖς ηὔξησε τὴν πόλιν· non tamen est quod Duridi fidem derogemus, Demetrium scribenti ex tanto reditu annno tam panca impendisse rei militari et civitatis administrationi, si hnc Carystii locum traducimus, ab Athenaeo citatum. Ille igitur: Κατ' ἀρχὰς μὲν, inquit, ἦν αὐτοῦ τὸ ἄριστον ὀξύβαφα, παντο-

δαπὰς ἐλάας ἔχοντα, καὶ τυρὸν νησιωτικόν. Ὡς δ' ἐπλούτησε, Μοσχίωνα, τὸν ἄριστον τῶν τότε μαγείρων καὶ δειπνοποιῶν, ἐωνήσατο· καὶ τοσαῦτα ἦν τὰ παρασκευαζόμενα καθ' ἡμέραν, ὥστε, χαρισαμένου τῷ Μοσχίωνι τὰ λείψανα, Μοσχίων ἐν ἔτεσι δύο τρεῖς συνοικίας ἐωνήσατο. Quae quum attenderit Schweighaeus., non perspicio equidem, quare Plutarchi testimonio innixus Duridem opinaretur de Demetrio quoque invidiose et mendaciter scripsisse, quippe infestum Atheniensibus. Praeterea ut Demetrius, ita Duris quoque Theophrasti fuit discipulus, adeoque aequalis illius mores et facinora proxime cognovisse putandus est. Sed ad Demetrium redeundum. Hic igitur tantas sibi opes paravit, ex quo in Cassandri pervenit amicitiam, teste Carystio. Cassander autem decem annos Athenis praefuit civibusque praefecit Demetrium, ut est ap. Strab. IX p. 609 C. Atque ita explicanda Diogenis de Demetrio verba l.l.: τῆς πόλεως ἐξηγήσατο ἔτη δέκα, quamquam Archon factus postea demum est Ol. CXVII. 4. Vid. Diod. Sic. XX. 27. Priora autem tempora hoc fragmento notari, nemo negaverit. Cf. supra p. 20.

Ἦσαν δὲ καὶ πρὸς γυναῖκας. Feminarum puerorumque amori uterque Demetrius indulsit. De Phalereo cf. Athen. XIII p. 593 E. F; Diog. Laërt. l. c. 76, Carystius ap. Athen. XII p. 542 F. 543 A; de Poliorceta Plutarch. in *Vit.* XIV, XXIV.

ὁ τοῖς ἄλλοις τιθέμενος θεσμοὺς κ. τ. λ. Significantur quinque libri Περὶ τῆς Ἀθήνησι νομοθεσίας (Diog. Laert. V. 5. 80), ad quos respicit item Strabo l. l. Quod autem dicitur Demetrius βίους τάττειν, apte jam contulit Schweigh. Diogenem (l. c. 82): Τοὺς νέους ἔφη δεῖν ἐπὶ μὲν τῆς οἰκίας τοὺς γονεῖς αἰδεῖσθαι, ἐν δὲ ταῖς ὁδοῖς τοὺς ἀπαντῶντας, ἐν δὲ ταῖς ἐρημίαις ἑαυτούς.

Ἐπεμελεῖτο δὲ καὶ τῆς ὄψεως. Haec in Phalerenm Demetrium convenire, non vero in Poliorcetam, ut qui natura esset pulcherrimus neque adeo artis ope indigeret, recte efficit ad Aelian. Perizonius. Studium veterum, quo sibi vel nigriores vel etiam flaviores capillos reddere arte studebant (μελαίνεσθαι et ξανθίζεσθαι) illnstrat Becker, *Charikles* II p. 386 sq. De παιδέρωτι, qui videtur pigmentum fuisse ex pulvere gemmae paederotis confectum, quo facies nimis alba et pallida redderetur purpurea aut rosea, cf. Periz. ad l. l.; de ἀλείμμασι Graecornm universe Becker l. l. p. 233 sqq.

τὴν ὄψιν ἱλαρὸς κ. τ. λ. Similiter de Poliorceta Plutarch. in *Vit.* II, quocum compone Ithyphalli vs. 7 sq. (Fragm. XXXII): ἱλαρὸς καὶ καλὸς καὶ γελῶν πάρεστι. Contra Χαριτοβλέφαρος cognomen Phalerei fuit. Vide Athen. XIII p. 593 F; Diog. Laërt. l. l. 76; Hesychius *Opusc.* ed. Orell. p. 17; Suidas v. Δημήτριος Tom. I p. 539.

Ἐν δὲ τῇ πομπῇ τῶν Διονυσίων. Uti ab Archonte principe (Pollux *Onom.* VIII. 89), ita a Dionysiis quoque Athenienses annos nnmerabant. Adi Suid. v. Διονύσια Tom. I. p. 596. Princeps enim Archon τὰ μεγάλα Διονύσια curabat (Pollux l.l.), quae verno tempore incidebant. Vidd. Schol. Aristoph. *Acharn.* 503; Ulpianus ad Demosth. *c. Lept.* p. 465 sub fin. ed. Reisk. Cf. Clinton, *Fast. Hell.* p. 345 ed. Krueg.; in primis vero Ruhnkenii *Disp. de fest. Dionys.*, quae exstat *Opusc.* Tom. I p. 220—230.

Σειρώμενος. Vitiosum. Σειρώμην nemo unquam, opinor, nominatus fuit. Conjicerem Σείρωνος, ut legitur v. c. ap. Plutarch. *Lac. Apophth.* p. 225 (Opp. Vol. VI. p. 842 ed. Reisk.), modo ejus nominis poëtam Demetrii aetate exstitisse constaret. Nunc acquiescendum Leopardi

emendatione *Κασταρίωνος*, quae etsi longiusculum a vulgata scriptura recedit, propter additum gentile nomen τοῦ Σολέως aliis est praeferenda: Castarion enim *Solensis* fuit, ut testatur Athen. X p. 454 F, qui ibidem aliquot hujus poëtastri versus in Pana ex Clearcho profert.

ἡλιόμορφος. Versus citatos nulla alia de causa Duris memoravit, nisi ut ἡλιόμορφον per adulationem Demetrium iis appellari probaret: quocirca, praeëunte Kuhnio ad Aelian. V. H. XII. 14, priore versu recte rejecit Schweigh. lectionem codicum ἠπιόμοιρος.

XXIX.

EX EODEM LIBRO.

Scholiast. Eurip. *Alc.* 255. Εἰκῇ φησὶ δεδόσθαι τὰ περὶ τῆς ἐν τῷ Ἀχέροντι πορθμείας, ὡς μαρτυρεῖ καὶ Δοῦρις ἐν τῇ ις´ τῶν Μακεδονικῶν, ὅτι ἐν Ἰωλκῷ ἐνυμφεύθη. Ἰωλκοῦ γὰρ Πελίας ἐβασίλευσεν.

Μακεδονικῶν de conjectura scribi pro Λακεδαιμονικῶν monui p. 17. De Alcestide, Peliae filia, nupta Admeto cons. Heynius ad Apollod. I. 9. 15. Cf. Pauly, *Real-Encycl.* I. s. v. Quid voluerit Scholiastes me non intelligere, lubenter cum Matthiaeo fateor, qui verba περὶ τῆς ἐν τῷ Ἀχέροντι πορθμείας transponit ad vs. 260, ut h. l. legatur: Εἰκῇ φησὶ δεδόσθαι (τὰ ἕδνα), ὅτε ἐνυμφεύθη ἐν Ἰωλκῷ, ὡς μαρτ. κ. τ. λ. Qua transpositione Duridis sententia bene profecto constituitur, qui nuptias Jolci celebratas esse cum aliis asseruisse videtur. Quod quidem qua opportunitate narraverit, non liquet. Vel sic tamen haud placet Droyseni conjectura, *Gesch. d. Nachf. Alex.* p. 672: «*Im 16 Buch stand eine Notiz über den Ursprung von Jolkos; bei gelegenheit der Gründung von Demetrias in Thessaliën*,

würde man vermuthen, wenn statt ἐν τῇ ις' etwa κς' gelesen werden könnte.» Non sinit temporis ratio: nam libro XXII jam ad Ol. CXIX. 3 Duridi fuisse perventum, docet Fragm. XXXII; Demetriadem autem condidit Demetrius Ol. CXIX. 2, teste Diod. Sic. XX. 102.

XXX.

Schol. Apoll. Rhod. I. 211. *Ζήτης αὖ Κάλαΐς τε. Τούτους ἐκ διαφόρων τόπων συμπλεῦσαι τοῖς Ἀργοναύταις φασίν. Οἱ μὲν γὰρ ἐκ Θρᾴκης, ὡς Ἀπολλώνιος· Ἡρόδωρος δὲ, ἐκ Δαυλίδος· Δοῦρις δὲ, ἐξ Ὑπερβορέων.*

Jolci mentio Admetique nuptiarum, superiore loco facta, suspicionem mihi movet, Duridem hoc ipso libro Jasonis ceterorumque Argonautarum expeditionem paucis tradidisse, quos Jolco profectos esse satis constat. Vidd. Pindarus *Pyth.* IV. 334; Strabo IX p. 666 A; Diod. Sic. IV. 42, alii. Cf. Müller, *Orchom.* p. 258 sqq.

Ζήτης — Κάλαΐς. Boreae ex Orithyia filii, quos *ἄνδρας πτεροῖσιν νῶτα πεφρίκοτας ἄμφω πορφυρέοις* vocat Pindarus l.l. 324, ubi cf. Schol. Interierunt, ut Attici scriptores narrabant, in persequendo Harpyias. Vid. Apollod. *Bibl.* III. 15. 2. Alii incolumes eos inde rediisse fingebant, ut est apud Apollod. I. 9. 21, ubi cf. Heynius.

Ὑπερβορέων. De Hyperboreorum terra multi multa. Cf. Sturzius, *Hellan. fr.* p 144 sq. Adde Spanhem. ad Callim. *Hymn. in Del.* p. 281 sqq., p. 556 sqq.: Müller, *Doriër* I p. 267. Coloni fuisse videntur, qui, patriis circa Indum sedibus amissis, novas quaesierint versus occidentem sedes, coloniasque prope Pontum Euxinum condiderint, et in regionibus, inde septentrionem versus orientemque sitis. Vid. Schubart, *comm. de Hyperboreis*

p. 32, a quo satis differt Rauschnick, in *Allgem. Encycl.* edd. Ersch et Gruber, Sect. II P. XII p. 453.

XXXI.

E LIBRO XVII.

Athen. IV p. 155 C. Δοῦρις δ' ὁ Σάμιος ἐν τῇ τῶν Ἱστοριῶν ἑπτακαιδεκάτῃ Πολυσπέρχοντά φησιν, εἰ μεθυσθείη, καίτοι πρεσβύτερον ὄντα, ὀρχεῖσθαι, οὐδενὸς Μακεδόνων ὄντα δεύτερον οὔτε κατὰ τὴν στρατηγίαν, οὔτε κατὰ τὴν ἀξίωσιν· καὶ ἐνδυόμενον αὐτὸν κροκωτὸν καὶ ὑποδούμενον Σικυώνια διατελεῖν ὀρχούμενον.

Πολυσπέρχοντα. Πρεσβύτατον σχεδὸν τῶν τῷ Ἀλεξάνδρῳ συνεστρατευμένων, καὶ τιμώμενον ὑπὸ τῶν κατὰ τὴν Μακεδονίαν dicit Diod. Sic. XVIII. 48. De ejus ingenio vid. Droysen l. l. p. 190 et, qui severius eum dijudicat, Grauert, *Hist. u. Philol. Anal.* p. 300. Add. Heynius, *Opusc.* III. 357.

ἐνδυόμενον — κροκωτόν. Similiter de Dionysii amicis narrat Diog. Laërt. II. 8. 78, de Agathocle Polyaenus V. 3. 3: κροκωτὸν ἐνδὺς, inquit, — ηὔλησεν, ἐκιθάρισεν, ὠρχήσατο. Cf. Athenaeus l. l., ad quem respiciunt Eustathius ad Hom. *Iliad.* N p. 957, Ψ p. 1302 et Schol. Aristoph. *Thesmoph.* 145, qui κροκωτὸν explicat Διονυσιακὸν φόρημα ἢ γυναικεῖον ἐκ πήνης ἔνδυμα καὶ ἱμάτιον. Cff. Scholia ad *Ran.* 46, ad *Thesm.* 948; Pollux IV. 117; VII. 56; Suidas v. Κροκωτὸν et Κροκωτὸς, Tom. II. p. 378. Omnes in eo consentiunt, κροκωτὸν fuisse ἔνδυμα, ut omnino fallatur Ruhnkenius ad Vell. Pat. II. 82. 4, vocem ἐνδὺς apud Polyaenum tanquam spuriam expungens. Plura de crocota veste notarunt Ferrarius, *de Re Vest.* III. 5. p.

734 A. B, 20. p. 765 A—C (*Thes. Graev.* Tom. VI); Perizon. ad Aelian. *V. H.* VII. 9; Becker, *Charikles* II p. 327, 351 sq.

Σικυώνια. De hoc calceorum genere, a Sicyoniis invento, cons. Ferrarius l.l. I. p. 700 A.

XXXII.

E LIBRO XXII.

Ol. CXIX. 3.

Athen. VI p. 253 C—F. Φησὶ γοῦν ὁ Δημοχάρης· — «Ἐπανελθόντα δὲ τὸν Δημήτριον ἀπὸ τῆς Λευκάδος κα Κερκύρας εἰς τὰς Ἀθήνας, οἱ Ἀθηναῖοι ἐδέχοντο οὐ μόνον θυμιῶντες καὶ στεφανοῦντες καὶ οἰνοχοοῦντες, ἀλλὰ καὶ προσόδια καὶ χοροὶ καὶ ἰθύφαλλοι μετ' ὀρχήσεως καὶ ᾠδῆς ἀπήντων αὐτῷ, καὶ ἐφιστάμενοι κατὰ τοὺς ὄχλους ᾖδον ὀρχούμενοι, καὶ ἐπᾴδοντες, ὡς εἴη μόνος θεὸς ἀληθινὸς, οἱ δ' ἄλλοι καθεύδουσιν, ἢ ἀποδημοῦσιν, ἢ οὐκ εἰσὶ, γεγονὼς δ' εἴη ἐκ Ποσειδῶνος καὶ Ἀφροδίτης, τῷ δὲ κάλλει διάφορος, καὶ τῇ πρὸς πάντας φιλανθρωπίᾳ κοινός. Δεόμενοι δ' αὐτοῦ ἱκέτευον, φησὶ, καὶ προσηύχοντο.»

Ὁ μὲν οὖν Δημοχάρης τοσαῦτα εἴρηκε περὶ τῆς Ἀθηναίων κολακείας· Δοῦρις δ' ὁ Σάμιος ἐν τῇ δευτέρᾳ καὶ εἰκοστῇ τῶν Ἱστοριῶν καὶ αὐτὸν τὸν ἰθύφαλλον·

> Ὡς οἱ μέγιστοι τῶν θεῶν καὶ φίλτατοι
>   τῇ πόλει πάρεισιν.
> Ἐνταῦθα γὰρ Δήμητρα καὶ Δημήτριον
>   ἅμα παρῆγ' ὁ καιρός.
> Χἠ μὲν τὰ σεμνὰ τῆς Κόρης μυστήρια

ἔρχεθ᾽ ἵνα ποιήσῃ.
ὁ δ᾽ ἱλαρὸς, ὥσπερ τὸν θεὸν δεῖ, καὶ καλὸς
καὶ γελῶν πάρεστι.
Σεμνὸν, ὅθι φαίνεθ᾽, οἱ φίλοι πάντες κύκλῳ
ἐν μέσοισι δ᾽ αὐτός·
ὅμοιος ὥσπερ οἱ φίλοι μὲν ἀστέρες,
ἥλιος δ᾽ ἐκεῖνος.
Ὦ τοῦ κρατίστου παῖ Ποσειδῶνος θεοῦ,
Χαῖρε, κἀφροδίτης.
Ἄλλοι μὲν ἢ μακρὰν γὰρ ἀπέχουσιν θεοὶ,
ἢ οὐκ ἔχουσιν ὦτα,
ἢ οὐκ εἰσὶν, ἢ οὐ προσέχουσιν ἡμῖν οὐδὲ ἕν·
σὲ δὲ παρόνθ᾽ ὁρῶμεν,
οὐ ξύλινον, οὐδὲ λίθινον, ἀλλ᾽ ἀληθινόν·
Εὐχόμεσθα δή σοι·
πρῶτον μὲν εἰρήνην ποίησον, φίλτατε·
κύριος γὰρ εἶ σύ.
Τὴν δ᾽ οὐχὶ Θηβῶν, ἀλλ᾽ ὅλης τῆς Ἑλλάδος
Σφίγγα περικρατοῦσαν,
Αἰτωλὸς ὅστις ἐπὶ πέτρας καθήμενος,
ὥσπερ ἡ παλαιὰ,
τὰ σώμαθ᾽ ἡμῶν πάντ᾽ ἀναρπάσας φέρει,
κ᾽οὐκ ἔχω μάχεσθαι·
(Αἰτωλικὸν γὰρ, ἁρπάσαι τὰ τῶν πέλας,
νῦν δὲ καὶ τὰ πόῤῥω·)
μάλιστα μὲν δὴ κόλασον αὐτός· εἰ δὲ μὴ,
Οἰδίπουν τιν᾽ εὑρὲ,
τὴν Σφίγγα ταύτην ὅστις ἢ κατακρημνιεῖ,
ἢ σπίνον ποιήσει.

Post τὸν ἰθύφαλλον adjectum maluit Casaub. vocabulum παρέθετο; malim equidem παρατίθεται. Textum Ithyphalli (cui Democharis orationem praemisi, quod et ad Duridis

traditionem videtur proxime accessisse et ad ipsum carmen intelligendum necessaria est;) exhibui secundum editionem Schneidewini in *Delect. poës. Graec.* Sect. III p. 453 sq., nisi quod vs. 1 Ὡς in Ὥς mutandum putavi.

Quo Athenienses tempore hunc Ithyphallum cecinerint, cum res in carmine obviae tum quodammodo Democharis verba, sed obscure tamen indicant. Non cogitandum esse de primo post fugatum Demetrium Phalereum captamque urbem introitu, vel vocabulum coarguit ἐπανελθόντα, ne alia in Ithyphallo memorata, nunc afferam; quod praeteriit Schneidewinum, qui rem ad Ol. CXVIII. 2 reposuit. Dicitur a Leucadia et Corcyra Athenas rediisse; sed de hac Demetrii expeditione nec Plutarchus prodidit, nec quisquam alius. Et quamquam ex fragmentis Diodori, Lib. XXI. Ecl. 2 p. 489 sq., coll. Plutarch. *de sera num. vind.* p. 557 (Opp. Vol. VIII p. 205 ed. Reisk.) constat, Cassandrum Macedonum Regem obsedisse Corcyram Ol. CXIX. 4, in qua obsidione Agathocles Macedonum classem incendit totam; haec tamen expeditio nostro loco significari non videtur. Demetrii vero expeditionem, ut nunc statuisse video Droysenum, *Gesch. d. Nachf. Alex.* p. 511, ad annum refero proxime antecedentem, Ol. CXIX. 3, quo in Peloponnesum progressus multisque urbibus potitus, dux ille Graeciae est renuntiatus (Plutarch. *Dem.* XXV). Corcyram tum tenebat et vexabat Cleonymus Spartanus (Diod. Sic. XX. 104 sub fin.), Leucadiam fortasse Cassander. Hanc igitur utramque insulam eo tempore videtur bello petiisse et occupatam restituisse in libertatem. Ab hac expeditione in Graeciam deinde reversus Demetrius Athenas repetiit scripsitque, se velle continuo mysteriis tam majoribus quam minoribus initiari. Quocirca quum minora peragi Anthesterione mense solerent, lata lex

est, ut mensis Munychion, qui tum agebatur, diceretur et haberetur Anthesterion; et quum majora celebrarentur mense Boëdromione, Munychionem rursus vocarunt Boëdromionem. Vidd. Plutarch. *Demetr.* XXVI; Diod. Sic. XX. 106—110; Harpocrat. v. Ἀνεπόπτευτος p. 20, unde sua habet Suidas Tom. I p. 198. Ad hanc autem mysteriorum initiationem, veluti ipsius Cereris auspiciis factam, carmine nostro haud dubie respicitur. Haec de tempore; nunc res paucis persequamur.

Ἰθύφαλλον. Ἰθύφαλλοι proprie dicta sunt ποιήματά τινα τὰ ἐπὶ τῷ φαλλῷ ᾀδόμενα, ut ex Lyncei Samii *Epistolis* exponit Harpocrat. s. v. p. 100, 23, quae repetiit Photius p. 105, 13. Εἶδος ᾠδῆς ὠρχημένης dicuntur in *Anecd.* Bekkeri Vol. I p. 246, 19, v. Ἰθύφαλλοι. Quae apprime respondent Democharis narrationi ap. Athen. l.l., scribentis: προσόδια καὶ χοροὶ καὶ ἰθύφαλλοι μετ' ὀρχήσεως καὶ ᾠδῆς ἀπήντων αὐτῷ. Metrum Ithyphallicum s. dimetrum trochaicum brachycatalectum Archilochus invenit; quod docet Hephaestion *Enchir.* p. 35 ed. Gaisf. Cff. porro Casaub. et Schweigh. ad Athen. l. l., Liebel *Archil. rell.* p. 27; Gaisford ad Hephaest. l. c. et Bode *Gesch. d. Hell. Dichtk.* Vol. III P. II p. 14 sq.

Δήμητρα καὶ Δημήτριον. Sic versum restituit Casaubonus. Deus Demetrius Athenas adire fingitur una cum Cerere Dea. Nec mirum quod, qui quasi alter Bacchus esse cuperet, hic cum Cerere potissimum componitur, quorum communis erat in mysteriis cultus. Vid. Spanhem. ad Callim. *Hymn. in Cer.* 71 p. 793 sq. Jam pridem fuerat qui rogationem ferret, ut Demetrium quoties adventaret exciperent τοῖς Δήμητρος καὶ Διονύσου ξενισμοῖς, teste Plut. l.l. XII. Ex omnibus autem Diis iccirco Liberum Patrem consueverat aemulari, quod hunc in primis habebat πολέμῳ τε

χρῆσθαι δεινότατον, εἰρήνην τ' αὖθις ἐκ πολέμων θρέψαι, καὶ πρὸς εὐφροσύνην καὶ χάριν ἐμμελέστατον, ut ait Plutarchus l. l. II, quocum cf. Diod. Sic. l. l. 92. Hinc turpissima adulatione Ithyphalli houorem, quem uni Baccho sacrum esse voluerant, in Demetrium primum detulerunt. Hinc vs. 21 sq.: εἰρήνην ποίησον, φίλτατε· κύριος γὰρ εἶ σύ. Hinc denique vs. 7 sq.: ἱλαρὸς, ὥσπερ τὸν θεὸν δεῖ, καὶ καλὸς καὶ γελῶν adesse urbi dicitur. Re vera autem multiplex illa Demetrii gratia summaque fuisse venustas videtur. Plutarchus l. l.: Ἰδέᾳ, iuquit, καὶ κάλλει προσώπου θαυμαστὸς ἦν καὶ περιττός· ὥστε τῶν πλαττόντων καὶ γραφόντων μηθένα τῆς ὁμοιότητος ἐφικέσθαι. Τὸ γὰρ αὐτὸ χάριν καὶ βάρος καὶ φόβον καὶ ὥραν εἶχε, καὶ συνεκέκρατε τῷ νεαρῷ καὶ ἰταμῷ δυσμίμητος ἡρωϊκή τις ἐπιφάνεια καὶ βασιλικὴ σεμνότης. Οὕτω δέ πως καὶ τὸ ἦθος ἐπεφύκει πρὸς ἔκπληξιν ἀνθρώπων ἅμα καὶ χάριν. Cf. Diod. Sic. XIX. 81, XX. 92. Iccirco fortasse ex Venere ipsa a Neptuuo praedicaruut procreatum vs. 13 sq., Solisque instar inter amicos fingitur velut sidera conspici vs. 11 sq.; nisi hic deuuo petere imagiuem a Baccho malis, quem πῦρ πνεόντων Χοραγὸν ἄστρων apud Sophoclem Chorus celebrat. Vid. *Antig.* 1146 ed. Bruuck., coll. Macrob. *Saturn.* I. 18.

Quae sub fiuem carminis de Sphiuge Aetolica memorantur, ea Casaubouus de Cassaudri aliquo duce interpretatur, qui in Aetoliae munito loco, Atticae proximo, cum expedita militum manu collocatus, quotidie ingressionem faceret in illorum agros, qui ab Atheniensibus stabaut. Silent de his irruptionibus hoc tempore factis historici; sed malo tameu ad ipsos referre Aetolos, quam ad Cassaudri copias. Rapacitatis enim causa male semper audierunt Aetoli, quos adeo publice eo nomine exagitat

Aristophanes, *Equitt.* 79 (Cf. Plut. *de curios.* p. 516, Opp. Vol. VIII p. 54 ed. Reisk.), ludens in voce Αἰτωλὸς, quasi ἀπὸ τοῦ ὅλον αἰτεῖν derivata. Cf. Steph. Byz. v. Αἰτωλία p. 25. Hinc etiam Αἰτωλιταὶ dicti, qui petaces essent et improbi. Vid. Erasm. *Adag.* p. 87, 310, 750. Ne putes autem hanc rapacitatis maculam immeritis Aetolis adspersam esse; imo recte comicus expressit Aetolorum ingenium. Audi, quid hac de re gravis scribat testis Polybius, IV. 3: Αἰτωλοὶ, inquit, πάλαι μὲν δυσχερῶς ἔφερον τὴν εἰρήνην, καὶ τὰς ἀπὸ τῶν ἰδίων ὑπαρχόντων δαπάνας, ὡς ἂν εἰθισμένοι μὲν ζῆν ἀπὸ τῶν πέλας, δεόμενοι δὲ πολλῆς χορηγίας διὰ τὴν ἔμφυτον ἀλαζονείαν· ᾗ δουλεύοντες ἀεὶ πλεονεκτικὸν καὶ θηριώδη ζῶσι βίον, οὐδὲν οἰκεῖον, πάντα δ' ἡγούμενοι πολέμια. — ἐζήτουν ἀφορμὰς καὶ προφάσεις τῆς εἰς Πελοπόννησον ἐπιπλοκῆς, ἀγόμενοι κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος ἐπὶ τὰς ἐκ ταύτης ἁρπαγάς. Atque ita sui semper similes Aetoli a Polybio ubivis describuntur. Vide e. g. II. 45, 49; IV. 67; XVIII. 10, coll. Plutarch. *Flamin.* VIII.

XXXII.

EX EODEM LIBRO.

Athen. XII p. 535 C—536 A. Δοῦρις δ' ἐν τῇ δευτέρᾳ καὶ εἰκοστῇ τῶν Ἱστοριῶν· «Παυσανίας μὲν, φησὶν, ὁ τῶν Σπαρτιατῶν βασιλεὺς, καταθέμενος τὸν πάτριον τρίβωνα, τὴν Περσικὴν ἐνεδύετο στολήν. Ὁ δὲ Σικελίας τύραννος Διονύσιος ξυστίδα καὶ χρυσοῦν στέφανον ἐπὶ περόνῃ μετελάμβανε τραγικόν. Ἀλέξανδρος δ', ὡς τῆς Ἀσίας ἐκυρίευσε, Περσικαῖς ἐχρῆτο στολαῖς. Δημήτριος δὲ πάντας ὑπερέβαλλε. Τὴν μὲν γὰρ ὑπόδεσιν, ἣν εἶχε, κατεσκεύαζεν ἐκ πολλοῦ δαπανήμα-

τος· ἦν γὰρ κατὰ μὲν τὸ σχῆμα τῆς ἐργασίας σχεδὸν ἐμβάτης, πίλημα λαμβάνων τῆς πολυτελεστάτης πορφύρας· τούτῳ δὲ χρυσοῦ πολλὴν ἐνύφαινον ποικιλίαν ὀπίσω καὶ ἔμπροσθεν ἐνιέντες οἱ τεχνῖται. Αἱ δὲ χλαμύδες αὐτοῦ ἦσαν ὄρφνινον ἔχουσαι τὸ φέγγος τῆς χρόας· τὸ δὲ πᾶν ὁ πόλος ἐνύφαντο, χρυσοῦς ἀστέρας ἔχων καὶ τὰ δώδεκα ζώδια. Μίτρα δὲ χρυσόπαστος ἦν, ἣ καυσίαν ἁλουργῆ οὖσαν ἔσφιγγεν, ἐπὶ τὸ νῶτον φέρουσα τὰ τελευταῖα καταβλήματα τῶν ὑφασμάτων. Γινομένων δὲ τῶν Δημητρίων Ἀθήνησιν, ἐγράφετο ἐπὶ τοῦ προσκηνίου ἐπὶ τῆς οἰκουμένης ὀχούμενος."

Παυσανίας. De Pausania Nepos in *Vit.* III. 2: « Apparatu regio ntebatur, veste Medica: satellites Medi et Aegyptii sequebantur: epulabatur more Persarum »; in quibus sequitur Thucydidem I. 130. Cff. Plutarch. *Apophth. Lac.* p. 230 (Opp. Vol. VI p. 859 ed. Reisk.), Val. Max. II. 6. 1, et universe de moribus Pausaniae Athen. XII p. 532 C. D, p. 543 B—F. Medicam vestem fuisse qnam posterius *sericam* nuncuparunt, ex Procopio I. 20 docet Brisson. *de Regn. Pers.* I. 143. Cf. Becker, *Charikles* II p. 341. Sed Duris Περσικὴν στολὴν sumptam a Pausania scripsit, non Μηδικὴν, quae vestimentorum genera a scriptoribus saepe confundi, modo apparebit. Spartanorum τρίβων, μετρία ἐσθής, qualis fuerit, docet Becker l. l. p. 322.

Διονύσιος. Similem fuisse Tarquinii Superbi vestitum patet ex Dionys. Hal. *A. R.* III. 62. Dionysium antem adeo tragoediam adamasse, ut ipse tragoedias qualescunque tandem scriberet, vel e Cic. *Tusc.* V. 22. 63 et Aelian. *V. H.* XIII. 18 notissimnm est. Nil igitur mirum, si tragica etiam ornamenta gestaverit, in quibus fuit ξυστὶς, χιτὼν ποδήρης γυναικεῖος· sed etiam τραγικὸν ἔνδυμα ἐσκευοποιημένον, καὶ ἔχου

ἐπιπόρπημα, *vestimentum tragicum ad scenae usum comparatum, et habens fibulas, quibus constringatur.* Ita Suidas s. v. Tom. II p. 653, Bekkeri *Anecd. Gr.* Vol. I p. 284, 14. Cff. Photius λεξ. συναγ. p. 313, 10; Schol. Aristoph. *Nubb.* 71; Harpocr. s. v. p. 134; Timaeus, *Lexic.* s. v. p. 157. Adi porro Ferrarium, *de Re Vest.* I. 20 p. 994 A—C (*Thes. Graev.* Tom. VI); Ruhnken. ad Tim. l. l.; Baehrium ad Plut. *Alcib.* XXXII p. 232, et universe de xystidis forma et usu Beckerum, *Charikl.* II p. 357 sq. Illud autem ἐπιπόρπημα, quod xystidi plerumque quidem, nec semper tamen conjunctum fuisse videtur, dicebatur τὸ ἐπὶ πόρπῃ π ρ ο κ ό σ μ η μ α λίθινον, ἢ χρυσοῦν, ἢ ἀργυροῦν, ut legitur in Bachmanni *Anecd. Graec.* Vol. II p. 374, 22, unde corrigendum *Etymologicum M.*, quo p. 363, 29 minus recte scribitur προκόμισμα. Cff. *Anecd. Gr.* ed. Bekker Vol. I p. 254, 31. Κιθαρῳδοῦ σκευὴ explicatur a Polluce X. 190, κιθαρῳδῶν ἐφαπτὶς ab Eustathio ad *Iliad.* M. 905. Sed Alexandrum quoque splendidum gestasse ἐπιπόρπαμα, auctor est Plut. *Alex.* XXXII. Ex his Duridis fortasse verba emendanda. Quid enim sibi velint verba ἐπὶ περόνῃ post χρυσοῦν στέφανον collocata, dubito an quisquam expediat. Cf. Schweigh. ad h. l. Itaque sic levi mutatione scripserim: ξυστίδα καὶ χρυσοῦν στέφανον κ α ὶ ἐ π ι π ό ρ π η μ α μετελάμβανε τραγικόν.

Ἀλέξανδρος. Curtius VI. 6. 4, VIII. 7. 12, Justin. XII. 3, Diod. Sic. XVII. 77, Athenaeus XII p. 537 E et Val. Max. IX. 5. 1 Ext. *Persicam* vestem ab Alexandro assumptam tradunt, sed *Medicam* Arrianus, *de Exp. Alex.* VII. 6. 3. Mediam viam iuit Plutarchus *Alex.* XLV: Οὐ μὴν τήν γε Μηδικὴν προσήκατο παντάπασιν, — ἀλλ' ἐν μέσῳ τινὰ τῆς Περσικῆς καὶ τῆς Μηδι-

κῆς μιξάμενος εὖ πως. Quamquam tam parum hic sibi constat, nt *Orat. I de virt. Alex.* p. 329 (Opp. Vol. VII p. 304 sq. ed. Reisk.) contrarium fere scribat: Οὐ τὴν ἐσθῆτα προςήκατο τὴν Μηδικὴν, ἀλλὰ τὴν Περσικὴν, εὐτελεστέραν οὖσαν. Τὰ γὰρ ἔξαλλα καὶ τραγικὰ τοῦ βαρβαρικοῦ κόσμου παραιτησάμενος, — ἐκ τοῦ Μακεδονικοῦ καὶ Περσικοῦ τρόπου μεμιγμένην τινὰ στολὴν ἐφόρει, καθάπερ Ἐρατοσθένης ἱστόρηκεν.

Δημήτριος. ἦν γὰρ κατὰ μὲν τὸ σχῆμα κ. τ. λ. Apponam qnae super eadem re scripto mandavit Plutarch. *Demetr.* XLI: Ἦν δὲ ὡς ἀληθῶς τραγῳδία μεγάλη περὶ τὸν Δημήτριον, οὐ μόνον ἀμπεχόμενον καὶ διαδούμενον περιττῶς καυσίαις διμίτροις, καὶ χρυσοπαρύφοις ἁλουργῖσιν, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῖς ποσὶν ἐκ πορφύρας ἀκράτου συμπεπιλημένης χρυσοβαφεῖς πεποιημένον ἐμβάδας. Itaque qui apud Athenaeum ἐμβάτης vocatnr, apud Plntarchum est ἐμβάς, quem ad ὑποδήματα ἀνδρεῖα Suidas refert s. v. Tom. I p. 720, et saepius Aristophanes. Discrimen inter ἐμβάτας et ἐμβάδας hoc notat Pollnx IV. 115, ut illi comica, hi tragica fuerint calceamenta. Cff. id IV. 116, VII. 85; *Anecd. Graec.* ed. Bachm. Vol. II p. 339, 33 sq. Hinc apnd Plutarchnm recte ἐμβάδας scribi dixeris: nam Baccho quoque, quem tanto studio Demetrius imitatus est, ἐμβὰς tribuitur (Lucian. *Bacch.* II) et cothurnus (Vell. Pat. II. 82. 4); sed discrimen illud, ut mnltis potest argumentis comprobari, antiqui non tenuerunt. Qnid? quod grammatici, Ammonium dico p. 42 ed. Valck., Thom. Mag. ed. Bern. p. 300 sq., Herodian. Philet. ad calcem Moeridis *Lexici* ed. Pierson. p. 436, omnes contraria prorsus ratione ἐμβάδας attribuunt comicis, tragicis vero ἐμβάτας. Cff. quos ibidem

VV. DD. laudarunt. Ceterum de splendidis his Demetrii calceis vid. Becker, *Charikles* II p. 366 sq.

Αἱ δὲ χλαμύδες κ. τ. λ. Hujus quoque rei l. l. meminit Plutarchus: Ἦν δέ τις ὑφαινομένη χλαμὺς αὐτῷ πολὺν χρόνον, ἔργον ὑπερήφανον, εἴκασμα τοῦ κόσμου καὶ τῶν κατ' οὐρανὸν φαινομένων; sed chlamys illa, quam gestatam a Demetrio Duris apud Athenaeum innuit, Plutarcho teste, κατελείφθη ἡμιτελὴς ἐν τῇ μεταβολῇ τῶν πραγμάτων. Colorem habuit ὄρφνινον, qui secundum Pollucem VII. 69 respondet τῷ μέλανι. Cf. Hesych. Tom. II p. 792. At longe accuratius Plato, *Timaeo* p. 68 C, mixtum dicit ex rubro, nigro et albo combustis, ita tamen ut praedominetur niger color. Plures veterum locos citant Schneider ad Xen. *Cyr.* VIII. 3. 3 et Schweigh. ad Athen. l. c.

Μίτρα δὲ κ. τ. λ. Mitra si de capitis tegumento dicitur proprie est apud Graecos gestamen mulierum, ut manifestum fit ex Aristoph. *Thesm*. 264, 948 et Eurip. *Hec.* 905 ed. Matth., ad quem locum vide Schol. Cff. porro *Etym. M.* p. 589, 8; Apollon. *Lex.* s. v. p. 460 ibique Interpp.; Eustath. ad *Il.* Δ p. 454, Π p. 1068; *Anecd. Gr.* Bachm. Vol. II p. 343, 23, et quos citat Hemsterh. ad Lucian. *D. D.* II. 2 p. 207. In primis autem gestare mitram Bacchantes solebant. Vide v. c. Eurip. *Bacch.* v. 788. Nam ipsum quoque Bacchum effingebant μίτρᾳ τὴν κόμην ἀναδεδεμένον, ἐν πορφυρίδι καὶ χρυσῇ ἐμβάδι, ut scribit Lucian. *Bacch.* II. Cf. id. *D. D.* l. l. Cujus rei rationes reddit Diod. Sic. IV. 4. Unde eum χρυσομίτραν vocat Soph. *Oed. Tyr.* v. 209 ed. Brunck., et θηλύμιτρον Lucian. *Bacch.* III, de qua voce cf. Lobeck ad Phrynich. p. 628. Denique gestamen esse Regum coepit. cf. Diod. Sic. l. l. Demetrius igitur mitram assumpsit *auro variegatam*, *quae causiam coërcebat*

purpuream, *cujusque extrema ligamenta a tergo pendebant*, quae causia quid in genere fuerit ab Eustathio ad *Il.* B. p. 255. exponitur. Κάλυμμα vocatur κεφαλῆς, εἶδος πίλου, ὡς καὶ τιάρα, σκέπουσά τε ἀπὸ καύσωνος, καὶ ὡς εἰς περικεφαλαίαν συντελοῦσά τι, ut egregie locum emendavit Valcken. ad Theocr. *Adon.* p. 342. Cf. Antipatri epigramma in *Etym. M.* s. v. p. 487, 53; *Anecd. Gr.* Bekker. Vol. I p. 269, 19. Qua vero ratione a privatorum causiis distincta fuerint Regum Macedoniae causiae, ex Pausania nos item edocet Eustathius ad Hom. *Odyss.* A p. 1399: Καυσία, inquit, πῖλος ἦν πλατύς, ὃν οἱ Μακεδονικοὶ βασιλεῖς ἐφόρουν λευκὸν αὐτῷ διάδημα περιειλοῦντες. Cf. Plutarch. *Anton.* LIV; Athen. XII p. 537 E, Pollux X. 162. Causias dilargiri purpureas et chlamydes, donum erat apud Macedones maxime regium, teste Plutarch. *Eum.* VIII. s. f. Plura qui cupit, adeat Raynaudum, *de Pileo* (Graevii *Thes. Ant.* Tom. VI) p. 1263 B; Valcken. l. l. p. 341 sq.; Müller, *die ält. gesch. d. Maked. Volks* p. 48. Hic vero addere et comparare tandem juvat ridiculum Menedemi philosophi vestitum, sic descriptum a Diog. Laërt. VI .9. 102: Χιτὼν φαιὸς ποδήρης, περὶ αὐτῷ ζώνη φοινική· πῖλος Ἀρκαδικὸς ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ἔχων ἐνυφασμένα τὰ δώδεκα στοιχεῖα. Ἐμβάται τραγικοί.

Δημητρίων. Haec, auctore non nominato, recepit Eustath. *Il.* E p. 570. Inter honores, quibus Athenienses immodice Demetrium sunt prosecuti, is fuit, quo τὰ Διονύσια nuncuparunt Δημήτρια, quod tradit Plutarch. *Demetr.* XII. Dionysiorum autem tempore tragicos comicosque poëtas decertasse, in vulgus notum est. Cff. v. c. Perizon. ad Ael. *V. H.* II. 13. n 16, coll. 30 n. 2, et Hermann, *Lehrb. d. Gr. Staatsalth.* § 161. n. 2 p 349. In

ejusmodi igitur certamine Demetrium in aulea pinxerant, equo super terrarum orbe vectum.

XXXIV.

E LIBRO XXIII.

Athen. XII p. 546 C. D. Δοῦρις δέ φησιν ἐν τῇ εἰκοστῇ τρίτῃ τῶν Ἱστοριῶν, ὡς ἦν τὸ παλαιὸν τοῖς δυνάσταις ἐπιθυμία τῆς μέθης. Διὸ ποιεῖν τὸν Ὅμηρον τῷ Ἀγαμέμνονι λοιδορούμενον τὸν Ἀχιλλέα, καὶ λέγοντα·

> Οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων — — —.

Καὶ τὸν θάνατον δὲ ἀποσημαίνων τοῦ βασιλέως, φησίν·

> Ὡς ἀμφὶ κρατῆρα τραπέζας τε πληθούσας
> κείμεθα·

δεικνύων, καὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ παρ' αὐταῖς ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς μέθης γενόμενον.

Res ex Homero notissima. Adi in primis Odyss. Φ. 295 sqq. Cf. Athenaei *Epit.* I p. 10 F, 11 A, et universe Terpstra, *Ant. Hom.* III. 2 p. 139 sq. Prior Homeri versus exstat *Iliad.* A. 225, ubi vide Eustath. p. 89 sq.; posterior *Odyss.* Λ. 418.

XXXV.

Ol. CXXIV. 4.

Plin, *H. N.* VIII. 40. *Canis, Jasone Lycio interfecto, cibum capere noluit, inediaque consumptus est. Is vero, cui nomen Hyrcani reddidit* Duris, *accenso Regis Lysimachi* rogo, *injecit se flammae: similiterque Hieronis Regis.*

Historiam de cane Lysimachi exponit Plutarchus, *de sol. anim.* p. 970 (Opp. Vol. X p. 42 ed. Reisk.), quam quum ex Duride referre videatur, ipsam narrationem adscribere juvat: Εἰ δὲ μὴ Λυσιμάχῳ τι γεγονέναι φήσει πρὸς τὸν κύνα τὸν Ὑρκανὸν δίκαιον, ὃς νεκρῷ τε μόνος παρέμεινεν αὐτῷ, καὶ καιομένου τοῦ σώματος, ἐνδραμὼν αὑτὸς ἑαυτὸν ἀπέῤῥιψεν. Aliter super eadem re tradit Appianus *Syr.* 64: Κείμενον τὸ σῶμα τοῦ Λυσιμάχου κύων οἰκεῖος, ἐς πολὺ ὑπερμαχῶν, ἀλύμαντον ἐξ ὀρνέων καὶ θηρίων διεφύλασσε· μέχρι Θώραξ ὁ Φαρσάλιος εὑρὼν ἔθαψεν. Οἱ δὲ Ἀλέξανδρον φασὶ θάψαι, τὸν αὐτοῦ Λυσιμάχου παῖδα, — ἐρευνησάμενον — τὸ σῶμα καὶ ἐκ τοῦ κυνὸς μάλιστα ἀνευρόντα, ἤδη διεφθαρμένον. Cf. historia canis a Tzetza narrata, *Chil.* IV. 131 vs. 252 sqq. *Hyrcani* autem nomen canis originem indicare videtur. Celebres certe Hyrcaniae canes. Vid. Plutarchus, *an vit. ad infel. suff.* p. 499 (Opp. Vol. VII p. 945 ed Reisk.).

II.

ΤΑ ΠΕΡΙ ΑΓΑΘΟΚΛΕΑ.

XXXVI.

E LIBRO II.

Athen. XIV p. 618 B. Λίβυν δὲ τὸν αὐλὸν προσαγορεύουσιν οἱ ποιηταὶ, φησὶ Δοῦρις ἐν δευτέρῳ τῶν

περὶ Ἀγαθοκλέα, ἐπειδὴ Σειρίτης, ὃς δοκεῖ πρῶτον εὑρεῖν τὴν αὐλητικὴν, Λίβυς ἦν τῶν Νομάδων, ὃς καὶ κατηύλησε τὰ μητρῷα πρῶτος.

Tibiam simul cum cultu Palladis e Libya Athenas esse delatam tradunt Proclus ad Plat. *Alcib.* I p. 197 sq. et Olympiod. p. 65 sqq. Cff. Creuzerus ad Procl. l. l. et Baehrius ad Plut. *Alcib.* p. 69 sq. Sirites vero, quem Duris dixit viam invenisse arte inflandi tibiam primumque ad Cybeles sacra tibia cecinisse, aliunde ignotus homo est. Vide Casaub. et Schweigh. ad Athen. l. l. Alii vero tibiae inventionem tribuerunt Olympo musico, ut docte exposuit Bode, *Gesch. d. Hell. Dichtk.* Vol. II P. I p. 166 sqq.; idemque ille Olympus, auctore Plutarcho *de Mus.* XXIX, *choreum* invenit, quo plurimum in Cybeles sacris sive Μητρῴοις uti solebant. Sed, quod fieri in tali re solet, plures fuere quos tibiae inventores antiqui celebrabant; omnes vero nominare nil refert. Vid. Spanhem. ad Callim. *Hymn. in Dian.* 245 p. 346 sq. Tibiam autem, πλαγίαυλον dictam, e loto Libyes conficiebant, quod lignum in Libya nascebatur. Cff. Athen. IV p. 182 E, XIV p. 651 D; Suidas s. v. Tom. II p. 463 c. not. Kusteri, Eustath. ad *Iliad.* B p. 344, M p. 905, Σ. p. 1157; Scylax p. 235 ed. Klaus. maximeque p. 238 sq. Hinc Λίβυς λωτὸς tibia apud poëtas dicta, quippe Libyum inventum, et λώτινος αὐλός. Cons. Hesych. in *Lex*; s. v. Tom. II. p. 473, ubi Interpp. de vocabuli usu quosdam Euripidis locos excitarunt. Cff. Casaub. l. l. Salmas. *Exerc. Plin.* p. 86 E; Spanhem. l. l. 244 p. 345.

XXXVII.

EX EODEM LIBRO.

Ol. CXVIII. 1.

Schol. Aristoph. *Vespp.* 1030. Δοῦρις δ' ἐν β' Λιβυκῶν ἱστορεῖ, γυναῖκα καλὴν γενέσθαι τὴν Λαμίαν, μιχθέντος δὲ αὐτῇ Διὸς, ὑφ' Ἥρας ζηλοτυπουμένης ἃ ἔτικτεν ἀπολλύναι· διόπερ ἀπὸ τῆς λύπης δύσμορφον γεγονέναι, καὶ τὰ τῶν ἄλλων παιδία ἀναρπάζουσαν διαφθείρειν.

Annum apposui ex Diod. Sic. XX. 41. Ex Apostol. *Prov.* XI. 75 p. 139, ubi idem iisdem fere verbis legitur, emendavi ζηλοτυπουμένης pro ζηλοτυπουμένην, quo vitio laborant Photius λεξ. συναγ. p. 205, 9, Suidas v. Λαμία Tom. II p. 413, et qui locum item descripsit Phavor. Cam. p. 1152 ed. Bas. Omnes hi fabulam Duride auctore laudato referunt, sed nomen reticet Schol. Arist. ed. Frommel p. 18, prouti Diod. Sic. l. l. Multo uberius res narratur ab Aristophanis Scholiasta ad *Pac.* 757 ex ὑπομνήματι quodam, cujus auctor ex Duridis commentariis hausisse videtur. Locus, qui vitiose passim scriptus exstat apud Eudociam s. v. p. 274 sq., hic est: Λέγεται δὲ ἡ Λαμία Βήλου καί Λιβύης θυγάτηρ, ἧς ἐρασθῆναι τὸν Δία φασὶν, μεταγαγεῖν δὲ αὐτὴν ἀπὸ Λιβύης εἰς Ἰταλίαν, ἀφ' ἧς καὶ πόλις ἐν Ἰταλίᾳ Λάμια προσαγορεύεται. Ἔνθεν αὐτῇ συνελθὼν ὁ Ζεὺς οὐκ ἔλαθε τὴν Ἥραν, ἥτις ζηλοτυποῦσα τὴν Λαμίαν τὰ γενόμενα αὐτῆς τέκνα ἀνῄρει ἀεί. Ἡ δὲ, ἀποθνησκόντων τῶν τέκνων αὐτῆς βαρυνομένη, τὰ τῶν ἄλλων παιδία διὰ φθόνον ὑποκλέπτουσα ἀνῄρει. Διὰ τοῦτο καὶ τὰς τίτθας, ἐκ-

φοβούσας τὰ βρέφη, καλεῖν ἐπ' αὐτοῖς τὴν Λαμίαν. Μυθεύεται δὲ, ὡς ἄϋπνος αὕτη διετέλει βουλήσει Ἥρας, ἵνα καὶ ἡμέρας καὶ νύκτας ἐν τῷ πένθει ᾖ, ἕως οὗ αὐτὴν ἐλεήσας ὁ Ζεὺς ἀφαιρετοὺς αὐτῆς τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐποίησεν, ὅπως ἂν ἐν αὐτῇ ᾖ ἐξαιρεῖσθαι καὶ πάλιν θεῖναι. Λέγεται δὲ καὶ ἐσχηκέναι παρὰ Διὸς καὶ τὸ μεταμορφοῦσθαι εἰς ὅ τι οὖν βούλοιτο. Οὕτως εὗρον ἐν ὑπομνήματι. Hujus igitur Lamiae sive Mormonis, ut vultu deformis crudelissimaeque mulieris, mentionem facere nutrices solebant, ut terrorem pnerulis inculerent. Qua de re legantur VV. DD. ad Aristoph. *Vespp.* l. l., sed in primis Spanhem. ad Callim. *Hymn. in Dian.* 67 p. 214 sqq., Ruhnk. ad Timaei *Lex.* v. Μορμολυκεῖα et Μορμορύττει p. 151 sq. et Valcken. ad Theocr. *Adoniaz.* p. 343 sq.

XXXVIII.

Tzetz. ad Lyc. 847 p. 94. Τινὲς δὲ φασὶν ἐν Λιβύῃ εἶναι τὰς πηγὰς τοῦ Νείλου, ὡς Δοῦρις· ἀλλὰ οὐκ ἔστι τοῦτο ἀληθές.

Veteres de fontibus Nili admodum fuisse incertos, sciunt omnes. Nec cuiquam id mirum videbitur, qui reputaverit, post tot saecula eosdem hodieque nos etiam latere, qui variis ad talia indaganda subsidiia veteres longe superamus. Prudenter igitur Herodotua II. 34: Περὶ δὲ τῶν τοῦ Νείλου πηγέων οὐδεὶς ἔχει λέγειν. Ἀοίκητός τε γάρ ἐστι καὶ ἔρημος ἡ Λιβύη, δι' ἧς ῥέει. Cf. II. 28. Plures autem in Lybia, alii in Hesperiorum Aethiopum finibus Nili fontes collocarunt. Fuere rursus qui in lacu prope Oceanum in monte Mauretaniae inferioris, item qui in lacubus eos ponerent, Libyam inter et Aethiopiam

sitis. Vidd. Diod. Sic. I. 37; Plin. *H. N.* V. 9, VIII. 32; Strabo VI p. 422 A, XVII p. 1174 A; Athen. II sub fin.; Jo. Laurent. Lyd. *de Mens.* IV. 68 p. 260 sqq. ed. Roeth.; alii, quos enumerare longum nec necesse est. Cff. quae de opinionibus tam veterum quam recentiorum disputavit Baehrius ad Herod. II. 28.

XXXIX.

E LIBRO III.

Ol. CXIX. 2.

Athen. XIII p. 605 E. Ἐμοὶ μὲν κατὰ φύσιν δοκεῖ πεποιηκέναι Κλεώνυμος ὁ Σπαρτιάτης, πρῶτος ἀνθρώπων εἰς ὁμηρείαν λαβὼν παρὰ Μεταποντίνων γυναῖκας, παρθένους τὰς ἐνδοξοτάτας καὶ καλλίστας διακοσίας, ὡς ἱστορεῖ Δοῦρις ὁ Σάμιος ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Περ Ἀγαθοκλέα Ἱστοριῶν.

Hoc Cleonymi, Regis Cleomenis filii, cujus etiam Strabo meminit VI. p. 429 B., (cff. Intpp. ad Liv. X. 2) factum legitur apud Diod. Sic. XX. 104, ubi illum refert a Spartanis auxilio missum Tarentinis, quibus tum bellum esset cum Lucanis et Romanis. Παρελθὼν δ', inquit, εἰς τὴν πόλιν ὡς φίλος, ἐπράξατο μὲν ἀργυρίου τάλαντα πλείω τῶν ἑξακοσίων, διακοσίας δὲ παρθένους τὰς ἐπιφανεστάτας ἔλαβεν εἰς ὁμηρείαν, οὐχ οὕτως τῆς περὶ τὴν πίστιν ἀσφαλείας χάριν, ὡς τῆς ἰδίας ἕνεκεν λαγνείας. Quod vero tradidit Duris, a Cleonymo *primo hominum* feminas obsides acceptas esse, ita demum verum esse, si de *Graecis* hominibus unice intelligas, monuit, teste Schweigh., Casaubonus. Nec dubium est, quin Por-

senam cogitaverit, qui, annis ante Cleonymum ducentis, narratur decem obsides mares totidemque virgines a Romanis recepisse. Vide etiam quae de Hercule tradit Dion. Hal. *A. R.* I. 43.

XL.

E LIBRO IV.

Suidas Tom. I p. 908. Εὐρύβατος, πονηρός. ἀπὸ τοῦ πεμφθέντος ὑπὸ Κροίσου ἐπὶ ξενολογίαν μετὰ χρημάτων, ὥς φησιν Ἔφορος, εἶτα μεταβαλλομένου πρὸς Κῦρον. — Δοῦρις δὲ ἐν δ′ Τῶν περὶ Ἀγαθοκλέα, ἀπὸ τοῦ Ὀδυσσέως ἑταίρου.

Eadem iisdem paene verbis habet Apostol. *Prov.* IX. 33 p. 109. Cff. Erasm. *Adag.* p. 308, in primisque Hemsterh. *Anecd.* ed. Geel p. 64 sq.; Taylorus ad Aeschin. *Orat. in Tim.* p. 417; Meier Marx, *Ephori fragm.* p. 207 et Leutschius ad Diogenian. IV. 76 p. 243 sq., qui plurimos congesserunt veterum locos, ubi de Eurybate proditore vel fure agitur. Duris quo pacto ab Homerico Eurybate (de quo v. Eudoc. p. 161.) rem repetierit, equidem non assequor. Contrarium potius arguit *Odyss.* T. 247 sq.: τίεν δέ μιν ἔξοχον ἄλλων Ὧν ἑτάρων Ὀδυσεύς, ὅτι οἱ φρεσὶν ἄρτια ᾔδη.

XLI.

EX EODEM (*ut videtur*) LIBRO.

Ol. CXXI. 2.

Diod. Sic. *Ecl.* XXI. 2. Ἐπὶ τοῦ πολέμου τῶν Τυῤῥηνῶν καὶ Γαλατῶν καὶ Σαμνιτῶν καὶ τῶν ἑτέρων συμμάχων, ἀνῃρέθησαν ὑπὸ Ῥωμαίων, Φαβίου ὑπατεύοντος, δέκα μυριάδες, ὥς φησι Δοῦρις.

Tzetzes ad Lyc. 1378 p. 138. Γράφει δὲ Δοῦρις, Διόδωρος καὶ Δίων, ὅτι Σαμνειτῶν, Τυῤῥηνῶν καὶ ἑτέρων ἐθνῶν πολεμούντων Ῥωμαίοις, ὁ Δέκιος, ὕπατος Ῥωμαίων, [συστρατηγὸς ὢν Τορκουάτου,] ἐπέδωκεν ἑαυτὸν εἰς σφαγὴν, καὶ ἀνῃρέθησαν τῶν ἐναντίων χιλιάδες ἑκατὸν αὐθημερόν.

Hos locos si quis inter se contulerit, quid proprie scripserit Duris, vix intelliget. Dicam quid mihi videatur. Duos constat Decios (tres memorat Cicero *Tusc.* I. 37, *de Fin.* II. 19) se pro populo Romano devovisse, patrem et filium. Ad hujus devotionem haud dubie Duris respexit. Atqui Tzetzam egregie fefellit memoria, ubi Decio tribuit Torquatum collegam, patremque adeo et filium confudit. Ille collegam habuit T. Manlium Torquatum, sed bello se Latino devovit (Liv. VIII. 9.); Samnitico filius, cui Q. Fabium constat fuisse in consulatu collegam (Liv. X. 28.). Itaque si verba συστρατηγὸς ὢν Τορκουάτου absurda dicam et expellenda, neminem credo mihi adversaturum. Jam vero si numerum caesorum spectas, a Duride traditum, non satis fidum est vel auctorem vel famam secutus: nam, ut Livius ait X. 29, «caesa eo die hostium viginti quinque millia, octo capta.» Deperdito autem Dionis Cassii libro, quem Tzetzes testatur eundem exhibuisse numerum, hic praeterquam Livii nullius licet scriptoris conferre testimonium. Cf. Niebuhr, *Röm. Gesch.* (Berol. 1832) Vol. III p. 450.

XLII.

EX EODEM (*ut videtur*) LIBRO.

Ol. CXXI. 4.

Athen. XII p. 541 F. 542. A. Δοῦρις δ' ἐν τῇ δ'

Τῶν περὶ Ἀγαθοκλέα καὶ πλησίον Ἱππωνίου πόλεως ἄλσος τι δείκνυσθαί φησι, κάλλει διάφορον καὶ κατάῤῥυτον ὕδασιν, ἐν ᾧ καὶ τόπον τινὰ εἶναι καλούμενον Ἀμαλθείας κέρας, ὃ τὸν Γέλωνα κατασκευάσαι.

Pro ἐν τῇ δεκάτῃ, quae vulgaris lectio est, substitui ἐν τῇ δ'; qua de re paucis dixi p. 27. Hipponium, etiam Hipponem appellatum, postea Vibonem (Plutarch. *Vit. Cic.* XXXII; Pomp. Mel. II. 4. 85.) vel Vibonem Valentiam (Plin. *H. N.* III. 10; Strabo VI p. 394. A. Cff. VV. DD. ad Pompon. l. l. et Cluver. *Introd. Geogr.* III. 30 p. 330.) oppugnavit Agathocles et cepit Ol. CXXI. 4, ut est apud Diod. Sic. *Ecl.* XXI. 8. Occupata urbe, navale ibi Agathocles condidit, teste Strabone l. l. Illa opportunitate conjicio Duridem de luco narrasse, a Gelone tyranno olim exstructo.

XLIII.

Tzetzes ad Lyc. 772 p. 84. Δοῦρις ὁ Σάμιος ἐν Τῷ Περὶ Ἀγαθοκλέους φησὶ, τὴν Πηνελόπην συγγενέσθαι πᾶσι τοῖς μνηστῆρσι, καὶ γεννῆσαι τὸν Πᾶνα.

De scriptura Περὶ Ἀγαθοκλέους cf. p. 23. De Penelopes castitate fuere qui invito Homero parum honorifice sentirent. Lycophroni adeo l. c. βασσάρα i. e. πόρνη vocatur. Duridis sententiam repetiit fortasse Eudocia p. 323, cujus postrema verba referam: Πάντες οὖν (οἱ μνηστῆρες) δραξάμενοι συγγεγόνασιν αὐτῇ· καὶ ἐγκυμονήσασα ἔτεκε τὸν Πᾶνα· διὸ καὶ Πᾶν καλεῖται, ὅτι ἐκ πάντων ἐσπάρη. Apud Ciceronem quoque Pan quidam matrem habuisse Penelopen dicitur (*N. D.* III. 22.), idemque Plutarchus scribit *de Orac. Def.* p. 419 (ed. R. Vol. VII. p. 652.): sed uterque patrem nominat Mercurium, de cujus

cum Penelope consuetudine v. Eudoc. l. l. Cff. omnino Lucianus *D. D.* XXII; Hygin. *Fab.* CCXXIV et quos citant praeterea Roetherus ad Jo. Laur. Lydum *de Mens.* IV. 74 p. 274 et Creuzerus ad Cic. l. l. p. 610. In Homeri *Hymn.* XVIII. 47 nomen Πᾶν derivatur a πᾶς, ὅτι φρένα πᾶσιν ἔτερψεν. Aliter rursus hac de re proditur in *Scriptt. Rer. Myth. Lat.* ed. Bode I p. 40, II p. 91, III p. 200.

XLII.

Argum. Idyll. Theocr. VI p. 10 ed. Valck. Δοῦρίς φησιν, διὰ τὴν τῶν θρεμμάτων πολυπληθίαν καὶ τοῦ γάλακτος ἱδρύσασθαι ἱερὸν ἐν Αἴτνῃ τῇ Γαλατείᾳ. Φιλόξενον δὲ τὸν Κυθήριον ἐπιδημήσαντα, καὶ μὴ δυνάμενον ἐπινοῆσαι τὴν αἰτίαν, ἀναπλάσαι, ὅτι Πολύφημος ἤρα Γαλατείας.

Schol. Theocr. *Id.* VI. 7 p. 121 ed. Geel. Δοῦρίς φησι, διὰ τὴν εὐβοσίαν τῶν θρεμμάτων καὶ τοῦ γάλακτος πολυπλήθειαν, τὸν Πολύφαμον ἱδρύσασθαι ἱερὸν παρὰ τῇ Αἴτνῃ Γαλατείας. Φιλόξενον δὲ τὸν Κυθήριον ἐπιδημήσαντα, καὶ μὴ δυνάμενον νοῆσαι τὴν αἰτίαν, ἀναπλάσαι, ὅτι Πολύφημος ἤρα τῆς Γαλατείας.

Illo loco in cod. pro Δοῦρις scriptum exstat Οὖρις, hoc vero Θοῦρις, ut ap. Eudoc. p. 283. Argumentum dramatis, quod Philoxenus scripsit, optime illustratur verbis Schol. *Aristoph.* Plut. 290: Φιλόξενος ὁ διθυραμβοποιὸς ἐν Σικελίᾳ ἦν παρὰ Δωριεῦσι (Διονυσίῳ corrigit Hemst.) λέγουσι δὲ, ὅτι ποτὲ Γαλατείᾳ τινὶ παλλακίδι Διονυσίου προσέβαλε· καὶ μαθὼν Διονύσιος ἐξώρισεν αὐτὸν εἰς λατομίαν.

Φεύγων δὲ ἐκεῖθεν ἦλθεν εἰς τὰ μέρη Κυθήρων, καὶ ἐκεῖ δρᾶμα τὴν Γαλάτειαν ἐποίησεν, ἐν ᾧ εἰσήνεγκε τὸν Κύκλωπα ἐρῶντα τῆς Γαλατείας, τοῦτο δὲ αἰνιττόμενος εἰς Διονύσιον· ἀπείκασε γὰρ αὐτὸν τῷ Κύκλωπι, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὁ Διονύσιος οὐκ ὠξυδόρκει. Ceterum de Philoxeno et praestantissimo ejus dramate, quod Γαλάτεια ἢ Κύκλωψ inscriptum fuit, undeque multum profecisse videtur Theocritus *Id.* XI, vide Fabric. *Bibl. Gr.* II. p. 134, 315 ibique Harl., et Bode, *Gesch. d. Hell. Dichtk.* Vol. II. P. II p. 317 sqq. Ad nostrum locum cff. Meineke, *Hist. crit. comic. Graec.* p. 254 sq. et Bode l. l. p. 321. Adde Wyttenb. *Diatr. de Philox.* (*Opusc.* II p. 294 sqq.)

XLIII.

Athen. I p. 19 F. Τοιοῦτος ἦν καὶ Νυμφόδωρος, ὁ θαυματοποιὸς, ὃς προσκρούσας Ῥηγίνοις, ὥς φησι Δοῦρις, εἰς δειλίαν αὐτοὺς ἔσκωψε πρῶτος.

Quis Nymphodorus ille? Quum θαυματοποιὸς appelletur, eundem dico quem Athenaeus X p. 452 F superatum in Italico mimo narrat a Cleone μιμαύλῳ. Affinis enim ars mimorum et θαυματοποιῶν antiquitus fuit, ut ex Suida v. Ἀρδαβούριος Tom. I p. 314 et v. Προδείκταις Tom. III p. 178 (Diod. *Exc. Vales.* p. 385) monet opportune Ebertus, *Diss. Sic.* IV p. 187. Nec diversum θαυματοποιὸν Nymphodorum Schweighaeus. aliique a *Syracusio* existimant, quem ἐν τῷ Ἀσίας Περίπλῳ, ἐν Περίπλοις et Περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων aliquoties Athenaeus citat; de quo egerunt Vossius *H. G.* p. 476 sq. et Harduinus in *Ind. Auct. Plin.* I p. 63. Neque aliter censet Ebertus, l. l. III p. 157 sqq., qui quidem magno studio in hunc historicum inquisivit, et vixisse efficit, si non Philippi, at Alexandri certe tem-

poribus. Equidem quod huic sententiae faveat, invenio nihil; sed quod adversetur, videor mihi deprehendisse. Primum, *Nymphodori* nomen vulgare olim, maxime in Sicilia, fuit, ut hodieque praeter *Medicum Nymphodorum*, cujus Plinius meminit, haud ignoretur *Nymphodorus Amphipolita*, historicus, de quo exponit Vossius l. l.; memorentur *Nymphodori Agrigentini* duo, alter a Cic. *Verr.* IV. 22, in inscriptione apud Gruterum alter. De *Nymphodoro Centuripino* sermo est apud Cic. *Verr.* III. 23. Cff. Ebert. p. 158 et d' Orville *Syll. Inscr. Vett.* p. 543. Denique ap. Diod. Sic. XIX. 103 Agathoclis tempore *Nymphodorus* quidam missus esse a Dinocrate dicitur ad occupandam Centuripinorum urbem. — Deinde, qui θαυματοποιὸν Nymphodorum eundem statuunt Syracusio, titulum attenderunt operis, cujus hic auctor traditur, Περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων, quem titulum parti *Periplorum* indidisse videtur, ut probat Ebertus p. 168 sqq. Atqui inductos puto nominis similitudine. Θαυμαζόμενα illa s. θαυμάσια, imo interdum θαύματα appellata, a Periegetis potissimum conscribi vel ex eorum commentariis peti solebant, continebantque universe, quae variis in regionibus de communi hominum opinione atque usu insolita et mira adeo videbantur; unde talium librorum argumentum in historia, geographia, naturali etiam historia maxime versabatur. Cff. Ebert. p. 171 et Preller, *Polem. fragm.* p. 131, 198 sq. Contra θαυματοποιοὶ ipsi θαύματα sive miracula excitabant, quum sive ludorum festorumque dierum opportunitate (Dio Chrys. *Orat.* VIII p. 278 ed. Reisk.), seu in theatro imperitum popellum variis modis stupore defigerent. Adversis isti currebant funibus, per rotas ignesque se trajiciebant, flammas ore spargebant, hauriebant gladios, aliaque ejus generis specimina

publice exhibebant. Vidd. Bulenger, *de Theatro* I. 35 (*Thes. Antiqq* ed. Graev. Tom. IX p. 891 E sqq.); Ruhuken. ad Timaei *Lexic.* v. Θαύματα p. 118 sq., coll' p. 37; Becker, *Charikles* II p. 287 sqq. Licet igitur utrumque illud hominum genus in θαύμασι laboraret, multum tamen discriminis inter θαυματοποιὸν intercessisse et, quem ita appellare liceat, θαυματογράφον, quisque sua sponte intelligit. — Tandem, nisi falsam habeamus et absurdam fere Duridis narrationem, tam Nymphodori Syracusani aetas, quem cum Eberto aequalem fuisse suspicor Alexandro, quam ipsum illud quod traditur, postulat ut a *circulatore* Nymphodoro Nymphodorum *historicum* probe distinguamus. Quod quo avidentius ostendam, res paulo est altius repetenda.

Rhegini quam sint olim timidi et ignavi habiti, proverbiis 'Ο 'Ρηγῖνος λαγὼς et 'Ρηγίνων δειλότερος abunde probatur, usurpatis ἐπὶ τῶν καθ' ὑπερβολὴν δειλῶν. Vidd. Zenob. V. 83 p. 153; Diogen. VII. 97 p. 304; Suid. Tom. II p. 408, Tom. III p. 256, aliique a Leutschio laudati ad Zenob. l. c. Rem illi tribuunt Xenarcho, non *comico*, sed *mimographo*, filio Sophronis, quos male confudit Fabricius, *Bibl. Graec.* Vol. II p. 505. Cff. Meineke, *Hist. crit. comic. Graec.* p. 434 et Bode, *Gesch. d. Hell. Dichtk.* Vol. III P. II p. 47. Is igitur Xenarchus in *Mimis*, ut videtur, Rheginos velut ignavos explosit (ἐκωμῴδησε, de qua vocis significatione cf. Meineke l. l. p. 527 sq.); explosit autem Dionysii tyranni jussu. Quod quo fere tempore acciderit, ex historia satis puto patere. Dionysius enim, injuria affectus gravi, bellum Rheginis intulit sub Ol. XCVII. 4. Rhegini, jure solliciti, legatos miserunt τοὺς δεησομένους μετρίως αὐτοῖς χρήσασθαι, καὶ παρακαλέσαι μηδὲν περὶ αὐτῶν ὑπὲρ ἄνθρωπον βουλεύσασθαι. Ille vero Rhegium acri diuturnaque

oppugnatione urgere coepit, qua effectum ut Ol. XCVIII. 2 fame subacti arbitrio se Dionysii dare Rhegini cogerentur, qui crudelissimo deinde modo in eos saeviit. Vid. Diod. Sic. XIV. 106—112. Cf. Dion. Hal. *Excerpt.* XIX. 5. Itaque post Ol. XCVIII. 2 Xenarchum veri est simillimum perstrinxisse Rheginorum ignaviam; quos quare leporibus potissimum comparaverit, non tantum ex horum animalium natura, sed etiam ex Rhegii numismatibus facili opera colligitur, quippe rheda insignitis et *lepore*, quem primus in Siciliam importasse ferebatur Anaxilas, Rhegii tyrannus. Vidd. Pollux V. 75, IX. 84, ibique Kuhnius; Burmann. ad d' Orvill. *Sic.* p. 294 et Ebert. IV p. 187 sqq. Uti vero Xenarchus Dionysii jussu Rheginos tum *ἐκωμῴδησεν*, ita a Duride Nymphodorus traditur *εἰς δειλίαν αὐτοὺς σκῶψαι*, quin etiam *πρῶτος σκῶψαι*, quod dici haud potest, si plurimis annis ante (i. e. ut ex Diodoro collegimus, post Ol. XCVIII. 2), aetate Dionysii, idem jam Xenarchus in *Mimis* peregit. Probe hoc vidit Ebertus (p. 188); sed facile fieri potuisse credit, ut Nymphodorus, si v. c. in hominum circulis sua scommata jaceret, novo Rheginos genere proscindens, diceretur *πρῶτος σκῶψαι*. At haec narrationis interpretatio paulo est frigidior. Quomodocunque tandem Rheginos Nymphodorus lusit, si post Xenarchum, *primus* non lusit. Neque etiam haec incunda via est, ut dubitemus, vocabulum *πρῶτος* an ab ipso sit Athenaeo profectum. Tuentur illud codices, tuetur qui nostrum locum ob oculos habuit Eustathius, ad *Odyss.* Δ p. 1503. Nec quidquam obstat, ne Duridem ita scripsisse statuamus. Nymphodorum is cogitavit a Syracusano non diversum tantum, sed etiam multis annis majorem. Illud quidem ut existi-

memus tum Nymphodori usitatissimum Siculis nomen, tum vero θαυματοποιοῦ et θαυματογράφου munera diversissima maximopere commendare videntur; sed hoc ut ponamus res, de qua agitur, ipsa postulat. Ut enim regnante Dionysio metus Rheginorum scommati ansam praebuerat, ita Nymyhodori historici aetate satis illud superque erat decantatum, ut vix hominum tum aures feriisset, ad posteritatem certe non fuisset nomen perlatum θαυματοποιοῦ, qui crambem illam veterem nova arte recoxisset. Duridem autem quis adeo proverbia in Rheginorum ignaviam ex Xenarchi dicteriis nata latuisse putet, ut scommatis auctorem Nymphodorum scriberet historicum, quem Xenarcho quinquaginta annis minorem, ipse habuit aetate fere supparem? Itaque, nisi me omnia fallunt, θαυματοποιὸς Nymphodorus praeter nomen, et fortasse patriam nihil habuit cum historico commune, sed Dionysii vixisse aequalis videtur, apud tyrannum autem quo majorem iniret gratiam, θαύμασι suis tentavisse prius, quod instigante Dionysio mox *Mimis* plenius studuit Xenarchus; unde res divulgari magis sensimque abire in proverbium coepit.

XLIV.

Athen. XI p. 504 B. Ὁ τοὺς Μίμους δὲ πεποιηκώς, οὓς ἀεὶ διὰ χειρὸς ἔχειν Δοῦρίς φησι τὸν σοφὸν Πλάτωνα, κ. τ. λ.

De studio, quo Sophronis *Mimos* Plato prosequebatur, sic refert Diog. Laërt. III. 1. 18: Δοκεῖ δὲ Πλάτων καὶ τὰ Σώφρονος τοῦ Μιμογράφου βιβλία ἠμελημένα πρῶτος εἰς Ἀθήνας διακομίσαι, καὶ ἠθοποιῆσαι πρὸς αὐτῶν, ἃ καὶ εὑρεθῆναι ὑπὸ τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ. Olympiodorus autem (*Vit. Plat.* p. 584 ad calc. Diog. ed. Wetst.): Ἔχαιρε δὲ πάνυ, inquit, καὶ Ἀριστοφάνει τῷ κωμικῷ καὶ

Σώφρονι, παρ' ὧν καὶ τὴν μίμησιν τῶν προσώπων ἐν τοῖς διαλόγοις ὠφελήθη. Quibuscum cff. quae de Platonici dialogi uatura disseruit egregie Heusdius, *Initia phil. Plat.* Vol. II P. I p. 141 sqq. et *Charact. Philos. Vett.* p. 99 sqq. Reliqua Olympiodori uarratio apprime convenit postremis Laërtii verbis. Pergit enim: Λέγεται δὲ οὕτως αὐτοῖς χαίρειν, ὥστε καὶ ἡνίκα ἐτελεύτησεν εὑρεθῆναι ἐν τῇ κλίνῃ αὐτοῦ Ἀριστοφάνην καὶ Σώφρονα. Eadem narrant Valer. Max. VIII. 7. 3 *Ext.*; Quiuctil. *I. O.* I. 10. 17; Hesychius *Opusc.* ed. Orell. p. 53; Suidas v. Σώφρων Tom. III p. 358; Eudocia p. 389. Hos Sophronis *Mimos*, si Tzetzae credimus (*Chil.* X. 355 vs. 797 sqq.; XI. 362 vs. 1 sqq., 364 vs. 40 sq.), Plato emptos a Dione Syracusano Atheuas traustulit, uua cum libris Philolai Pythagorei. Coufer de his Stallbaumium, *Prolegg. ad Tim. Plat.* p. 37 iu not., et uuiverse ad nostrum locum (cui quidem veram me designasse sedem uolim contendere), Meuag. ad Diog. l. c. et Valcken. *Argum. Theocr. Adoniaz.* p. 193 sq.

XLVII.

Steph. Byz. p. 28. Ἀκράγαντες, πόλεις πέντε. Σικελίας, ἀπὸ ποταμοῦ παραῤῥέοντος. Φησὶ γὰρ Δοῦρις, ὅτι αἱ πλεῖσται τῶν Σικελῶν πόλεων ἐκ τῶν ποταμῶν ὀνομάζονται, Συρακούσας, Γέλαν, Ἱμέραν, Σελινοῦντα, καὶ Φοινικοῦντα, καὶ Ἐρύκην, καὶ Κάμικον, Ἁλυκόν τε, καὶ Θέρμον, καὶ Καμαρῖναν, ὡς καὶ ἐν Ἰταλίᾳ.

Argumentum hujus fragmenti impulit Westermannum, ut ad opus quoddam geographicum illud referre mallet; qua de re monui p. 39. Quae autem h. l. leguutur decem urbium nomiua, a Stephaui Epitomatore vel aliunde ad-

iecta esse, suspicio est Burmanni ad d'Orvill. *Sicula* p. 420. Sane non ita deinceps Epitomatorem ea invenisse a Duride enumerata, dixeris paene ex confusa verborum structura; sed haec orationis negligentia, in epitomis haud rara, per se tanti non est, ut extremam loci partem Duridi denegemus. Omissa quidem nomina illa videas in *Bibl. Coisl.* ed. Montfauc. I p. 238, sed quod ibi legitur scholion si cum Stephani verbis confertur, illud hinc potius petitum esse videtur.

Ἀκράγαντες. Quatuor reliquae urbes fuisse in Thracia dicuntur, Euboea, Cypro, Aetolia. De Agrigento urbe et fluvio Siciliae vide Polyb. IX. 27. Fluvium illi dedisse nomen jam dixit Thucydides VI. 4. Cf. Pind. Schol. *Ol.* II. 14, 16 p. 213 sq. Ἀκράγαντα fluvium Agrigentini tanto feruntur habuisse honore, ut παιδὸς ὡραίου forma effingentes ei sacrificarent. Vid. Aelian. *V. H.* II. 32. Cf. Cluver. *Introd. Geogr.* III. 41. 3.

Συρακούσας. Syracusarum situm describit Cic. *Verr.* IV. 31, 53. Συρακὼ dicebatur λίμνη prope Syracusas. Vid. Steph. Byz. v. Συρακοῦσαι p. 263. Cf. Goeller, *de sit. et orig. Syr.* p. 82 n. 2.

Γέλαν. Virg. *Aen.* III. 702: *Immanisque* Gela *fluvii cognomine dicta*. Fluvius appellabatur *Gelas*. Vidd. Cic. *Verr.* III. 43, IV. 33; Plin. *H. N.* III. 14, aliique. Nomen oppido a fluvio fuisse inditum scribunt Thucyd. et Schol. Pind. l.l, Diod. Sic. *Exc. Vat.* XII—X. 13; item Steph. Byz. s. v. p. 90, qui addit Hellanici sententiam, a Gelone repetentis, prisco Siciliae tyranno; qua de re cons. Sturz, *Hellan. fr.* p. 147. Universe cf. Heyn. ad Virg. l. c.

Ἱμέραν. Himera amnis, qui per mediam fertur Siciliam (Strab. VI p. 408 A) ex historia satis notus est, *alio*

ore in Libycum, *alio in Tuscum mare deveniens*, ut est apud Pomp. Mel. II. 7. 168. Urbis, quae Zanclaeorum fuit colonia (Thucyd. VI. 5. cf. Heyn. *Opusc*. II. 270.), et amnis conjunctim meminerunt Cic. *Verr*. II. 33 et Steph. Byz. s. v. p. 146. Cf. Cluver l. l.

Σελινοῦντα. De Selinunte cons. Burmann. ad d'Orvill. *Sic*. p. 420.

Φοινικοῦντα. Hujus nominis nec fluvium reperio nec urbem. Fortasse indicatur, quam alii Φοινικοῦσαν appellant, in Siculo freto insulam prope Italiam (Pomp. Mel. II. 7. 172 sqq.; Plin. *H. N*. III. 14.); sed illi nomen dedisse dicitur arbor φοίνιξ. Vid. Strabo VI p. 424 B.

Ἐρύκην. Eryce oppidum ex Philisto memoratur a Steph. Byz. s. v. p. 124. Vid. etiam Diod. Sic. XV. 73. Cf. Cluver. *Sic. Ant*. c. 428 A sqq.

Κάμικον. Verbo Camici meminit Steph. Byz. s. v. p. 155. Cocali regis sedes fuit (Herod VII. 170; Diod. Sic. IV. 78.) ibique obiit Minos, teste Aristot. *Polit*. II. 7. 2. Strabonis autem aetate, quem vide VI p. 418 C, p. 419 A, Camicus, Gela, Himera et Selinus, omnes incolis erant orbae.

Ἁλύκον. Ἁλύκου fluvii, ab Agrigento haud ita procul dissiti, mentio est apud Diod. Sic. XV. 17; oppidi nusquam, quantum equidem scio. Berkelius in nota ad h. l. intelligendam urbem censet, quae alibi Ἁλικύαι nominatur, sitam inter Lilybaeum et Entellam; de qua cff. Cic. *Verr*. II. 33; Plin. *H. N*. III. 14; Intpp. ad Thucyd. VII. 32. Sed quum fluvium quendam Ἁλύκον nomine appellatum fuisse constet, quidni suspicemur potius, oppidulum ignobile antiquo aevo illi adjacuisse, cujus vel destructi vel ab incolis deserti tandem etiam memoria obliterari coepta sit?

Θέρμον. *Thermae* in Siciliae oppidis, inter Pachynum

et Lilybaeum sitis, recensentur a Pomp Mel. II. 7. 159 sqq. Cff. l. l. Plin. et Cic. II. 35. Θέρμα, χωρίον Σικελίας Steph. Byz. ex Philisto citat p. 136, de quo vide Cluverium, *Sic. Ant.* c. 345 D, et Goeller, *Philist. Hist. fragm.* p. 158. *Thermus* vero oppidum et fluvius an alibi commemorentur, me praeterit.

Καμαρῖναν. De Camarina oppido et amne cf. Cluver. *Intr. Geogr.* l. l. Camarinam paludem Apollo vetuerat moveri aut exsiccari; quod Dei jussum in proverbium abiit. Vidd. Steph. Byz. s. v. p. 155; Schol. Pind. *Ol.* V. 1 p. 271; Zenob. *Prov.* V. 18 p. 123, quosque ibi Leutschius laudavit. Cf. Burmann. ad d'Orvill. *Sic.* p. 433. De urbis conditoribus et instauratoribus disputat Goeller, l. l. p. 157 qs.

Praeterea non defuerunt Siciliae oppida, quae nomina a fluminibus traxerunt, velut *Adranum* (Steph. Byz. s. v. p. 14); *Helorum* (idem s. v. p. 119); *Panormus* (Polyb. I. 38; Steph. Byz. s. v. p. 222); *Halesa* sive *Halaesa* (Sil. Ital. XIV. 291, coll. Burm. l. l. p. 404.). Similiter in Italia a fluviis appellata sunt *Ariminum*, *Siris*, *Terina*, *Ticinum*, quod Steph. testatur p. 53, 254, 275, 278.

III.

ΣΑΜΙΩΝ ΩΡΟΙ.

XLVIII.

Athen. XII p. 525 E. F. Περὶ δὲ τῆς Σαμίων τρυφῆς

Δοῦρις ἰστορῶν παρατίθεται Ἀσίου ποιήματα, ὅτι ἐφόρουν χλιδῶνας περὶ τοῖς βραχίοσι, καὶ τὴν ἑορτὴν ἄγοντες τῶν Ἡραίων ἐβάδιζον κατακτενισμένοι τὰς κόμας ἐπὶ τὸ μετάφρενον καὶ τοὺς ὤμους. Τὸ δὲ νόμιμον τοῦτο μαρτυρεῖσθαι καὶ ὑπὸ παροιμίας τῆσδε· Βαδίζειν Ἡραῖον ἐμπεπλεγμένον. Ἔστι δὲ τὰ τοῦ Ἀσίου ἔπη οὕτως ἔχοντα·

Οἱ δ' αὔτως φοίτεσκον, ὅπως πλοκάμους κτενίσαιντο,
εἰς Ἥρης τέμενος, πεπυκασμένοι εἵμασι καλοῖς,
χιονέοισι χιτῶσι πέδον χθονὸς εὐρέος εἶχον.
χαῖται δ' ἠωρεῦντ' ἀνέμῳ χρυσέοις ἐνὶ δεσμοῖς.
χρύσειαι δὲ κόρυμβαι ἐπ' αὐτῶν τέττιγες ὥσπερ·
δαιδάλεοι δὲ χλιδῶνες ἀρ — — — —
ἀμφιβραχιονίσαντες ὑπασπίδιον πολεμιστήν.

τρυφῆς. De luxuria Samiorum vide quae disputat Panofka, *Res Sam.* p. 80.

Ἀσίου. Exposuerunt de hoc vetustissimo poëta Samio Heynius, *Ind. scriptt. ab Apollod. laudd.* P. III p. 977 sq.; Valcken. *Diatr. in Eurip. rell.* c. VII n. 1 p. 58—61; Bachius, *Callini*, *Tyrt. et Asii rell.* p. 143 sqq., qui ejus aetatem haud ita multum ab Olympiadum initio abfuisse efficit. Rectius vero alii circa Ol. XXX, vel posterius etiam, Asium floruisse statuunt. Vid. Marckscheffel, *Hes. Eum. Cinaeth. Asii fragm.* p. 259 sq., ex cujus maxime recensione Asii carmen exhibui.

χλιδῶνας. Ornamenta, quas feminae gestabant circum brachia et colla. Vid. Hesychius Tom. II p. 1156. Cff. Pollux V. 99 et Suidas v. Χλιδόναι, Tom. III p. 674.

Βαδίζειν Ἡραῖον ἐμπεπλ. Vertit Casaubonus: *Incedere Junonium, habentem capillos implexos*, sive, *diligenter pexos et in humerum demissos*. Junonis enim incessus gravitate quadam et majestate credebatur conspi-

cuus (Virg. *Aen.* I. 46; Propert. II. 2. 58) eumque imitabantur qui Junonis sacra peragebant. Vid. Horat. *Sat.* I. 3. 10. Hinc Βαδίζειν Ἡραῖον explicant *Junonis imitari incessum*, *ambulare incessu Junonio* (cf. Erasm. *Adag.* p. 61, 197.) vel, ut Casaubonus, *incedere more eorum*, *qui Junonis festum celebrant.* At illa nescio an potius interpretatio sit dictionis Βαδίζειν τὴν Ἥραν, quemadmodum ὀρχεῖσθαι τὸν Γλαῦκον, τὸν Κύκλωπα, τὸν Ἄδωνιν dicitur pro *inter saltandum Glaucum*, *Cyclopem*, *Adonim imitari*, *saltando effingere*, usu Latinis quoque haud infrequenti. Vidd. Schweigh. ad Athen. IV p. 182 D; Ruhnken. ad Vell. Pat. II. 83. 2 et in *Indice* v. *Saltare;* Valcken. in primis ad *Adoniaz.* Theocr. p. 388. Quapropter mihi Schweighaeuseri opinio amplectenda videtur, suspicantis, Βαδίζειν Ἡραῖον hac proverbiali locutione brevitatis causa dictum esse pro Βαδίζειν εἰς Ἡραῖον (ἱερὸν), sive, ut supra in Asii poëmate legitur, εἰς Ἥρας τέμενος.

Φοίτεσκον. Hermannus ex codice emendat Φοιτέεσκον. (Vide ejus *Epistolam* ad Bachium, ad calcem libri modo laudati p. 5.). idque per synaeresin pronuntiandum, ab Ionico Φοιτέειν derivari monet.

ὅπως πλοκ. κτενίσ. Verte cum Bachio: *postquam capillos sibi compserunt.* Provocat ille ad Herod. I. 17 et VII. 119, ubi similiter ὅκως optativo junctum significationem habet temporalem. Quibus locis cum Schweighaeusero addendus esse tertius ejusdem scriptoris videtur, qui exstat VI. 12 init. De cura, quam in capillis componendis ornandisque feminae olim posuerunt, lege quae post Junium copiose Spanhemius disputavit ad Callim. *Hymn. in Pall* 31 p. 639 sq et *in Cerer.* 5 p. 744, nostri loci utrobique memor. His adde quae universe de hoc argu-

mento, sed eximie exposuit Hemsterhusius in *Anecd.* ed. Geel p. 101 sqq.

εἶχον De Hermanni conjectura Bachius legit *πέδου-ἄχρι.* Naekius, *Choeril. Sam. quae sup.* p. 74 sq., p. 267 conjecit *πέδου-εἶχον.* Alii alia. Cf. Bachius p. 144 sq. et Marckscheffel p. 415. Similem fuisse Trojanarum vestitum, quae iude *ἑλκεσίπεπλοι* dictae sunt, nemo ex Homero ignorat. Quin ipsi Iones *ἑλκεχίτωνες* ab eodem celebrantur, *Hymn. in Apoll.* 147 et *Iliad.* N. 685.

ἠωρεῦντ'. Naekius praefert *ᾐώρηντ'*, laudans Orphei *Argon.* 1225 et Hesiod. *Scut. Herc.* 225, 234. Illud restituit Casaubonus. Cf. Bachius p. 145 sq.

χρύσειαι δὲ κόρυμβαι. *Crines nodantur in aurum*, ait Virgil. *Aen.* IV. 138; sed ante omnia operae pretium est couferre quae notissimo loco (I. 6) Thucydides profert. Athenienses scribit *χρυσῶν τεττίγων ἐνέρσει κρωβύλον ἀναδουμένους τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν.* Quae expressit Lucianus, *Navig.* III, item Hesychius v. *Τεττιγοφόροι*, Tom. II p. 1375, ad eademque respicitur in *Anecd. Gr.* ed. Bachm. I p. 283, 31. Cf. praeter Goellerum ad verba Thucydidis Hemsterhusius l. c. Similem locum ex Heraclide Pontico de eadem gente servavit Athenaeus XII p. 512 C: *κορύμβους ἀναδούμενοι τῶν τριχῶν, χρυσοῦς τέττιγας περὶ τὸ μέτωπον καὶ τὰς κόμας ἐφόρουν.* Quae repetit Eustathius ad *Iliad.* X p. 1282 sub fin.; repetit, sed ex Thucydide, ut quidem Hemsterhusio videtur, paulo immutata, Aelianus *V. H.* IV. 22. *Κρωβύλον* autem proprie Attici dixerunt (Pollux II. 30), sed re fuisse idem videtur atque *κόρυμβος* sive *κορύμβη*, ut ex his locis inter se comparatis satis perspicitur, usu fortasse unice diversus. Neque repugnant grammaticorum explicationes. *Κόρυμβον* dixerunt, si Hesychium audis

(Tom. II p. 324), τὴν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ ἱερέως ὕλην. καὶ καθόλου πάντα τὰ μετέωρα καὶ εἰς ὕψος ἀνατείνοντα κορύμβους λέγουσιν. Κρωβύλος autem ab Eustathio ad *Iliad.* Λ p. 851 explicatur ἐμπλοκὴ τῶν τριχῶν, a Photio p. 181, 6 et Schol. Thucyd. πλέγμα τριχῶν, εἰς ὀξὺ λῆγον (cf. Schneid. *Ind. Graec.* ad Xenoph. *Anab.* s. v.); ab Hesychio ἐμπλοκὴ ἀνηνεγμένη ἀπὸ μέσου τοῦ μετώπου ἐπὶ τὴν κορυφήν. Attendi autem merentur quae Goellerus attulit in nota ad Thucyd. l. l., e cujus sententia κόρυμβος et κρωβύλος omnino fuere diversi, ita quidem, ut κόρυμβοι sint singulorum cincinnorum ad similitudinem uvarum compositi fasciculi; κρωβύλος autem tota capillorum comptio, in formam κορύμβων dispositorum. Quod vero grammatici inter κρωβύλον et κόρυμβον discrimen constituunt, ut illum viris, hunc feminis usurpatum fuisse scribant, id sane Thucydidis (ubi invitis Harpocratione p. 115, 27 et Photio p. 181, 10, κόρυμβον mavult legere Hemsterh.) et Athenaei locis inter se collatis egregie refutatur. Accedit quod κορύμβον usum in viris notavit etiam Suidas v. Κόρυμβοι, Tom. II p. 352 sq. Cff. Perizon. ad Aelian. l. l. et Naekius p. 75. Winckelmannus tamen, *Monum.* P. I p. 34, ubi docet κόρυμβον dici *capillum*, *ad uvarum hederacearum similitudinem compositi*, illi grammaticorum praecepto morem gessit; quod didici ex Creuzeri *Addendis ad vett. Hist fragm.* p. 235.

τέττιγες ὥσπερ. Ex hoc Asii versu Bachius opportune monet patere, tutulum adornatum fuisse aureis cicadis inflectendis, non vero cicadae retulisse formam. Cf. Hemsterh. l. l. p. 111. Interpretatur igitur Bachius: *Tutuli, aureis cicadis ornati, ipsi aurei et cicadarum similes esse videbantur.* Τέττιγας Athenienses quoque gestarunt et

retinuerunt ad Periclis usque tempora, teste Eustathio ad *Iliad.* N p. 954. Cf. Aristoph. *Equitt.* 1328, *Nubb.* 980, ubi originem hujus ornamenti explicat Scholiastes. Denique, ipsum Asii versum si spectamus, sponte in mentem venit Homericum ὄρνιθες ὥς (*Iliad.* Γ. 2), aliaque, qua de re Gregorius Corinthus: τὸ ἀναστρέφειν, inquit, τὰς λέξεις Ἰώνων ἐστὶν ἴδιον. Cf. ibi Koenius p. 210.

δαιδάλεοι δὲ χλιδ. Versum corruptum hoc modo restituit Schweighaeuserus:

δαιδαλέοι δὲ χλιδῶνες ἄρ' ἀμφὶ βραχίοσιν ἦσαν,
. . . . . ἥσαντες ὑπασπίδιον πολεμιστήν.

Paulo aliter ante eum ediderat Casaubonus, postrema sic exhibens: ὥσπερ ὑπασπιδίῳ πολεμιστῇ. Schweighaeuserum presse secutus est Dindorfius, nisi quod lacunam ἥσαντες scripsit τες. Contra Nackius p. 74 hanc proposuit lectionem:

δαιδαλέοι δὲ χλιδῶνες . . . .
ἀμφιβραχιονίσαντες ὑπασπίδιον πολεμιστήν.

Praeëunte Nackio, qui in particula ἄρ' latere vocem ἀριπρεπὲς aut ἀρηρότες conjecerat, priorem versum Bachius sanare studuit, corrigens: δαιδ. δὲ χλιδ. ἀρ[ιπρεπέες ἐφάν]ησαν. Quam conjecturam improbat rursus Hermannus, *Epist.* laud. p. 6, quia Aoristo nullus sit locus, imo hic verbo facile careamus. Ipse proponit: δαιδαλέοι δὲ χλιδ. ἀρηρότες ἀμφοτέρωθεν. Equidem in loco tam depravato frustra desudasse Viros doctos putaverim. Minus etiam in versu postremo placet istud ἀμφιβραχιονίσαντες, quod ex codicum ἀμφὶ βραχίοσιν ἥσαντες vel ἀμφὶ βραχίοσι νήσαντες Naekius recepit, cui deinceps adstipulati sunt Bachius, Hermannus et nuperrimus editor Marckscheffel, quantumvis hi cum Naekio talem vocem dignissimam putent jocosa Asii magniloquentia, appellan-

tis mox *ὑπασπίδιον πολεμιστὴν*, qui veste utatur longa, ad terram pertinente. Vid. Naekius p. 76. Vel sic tamen Bachius ex Naekii conjectura hunc elicit sensum: *Circumfundentes brachia militis loricati*, ut mihi quidem videtur, satis contortum et obscurum.

XLIX.

Sub Ol. XL.

Steph. Byz. p. 65. *Αὔασις, πόλις Αἰγύπτου. Ταύτην δὲ καὶ Ὄασιν καλοῦσιν. — Ἡρόδοτος δὲ καὶ Δ ο ύ ρ ι ς Μακάρων αὐτὴν ὠνόμασαν νῆσον.*

Locus Herodoti est III. 26, ubi Oasi urbe commemorata: *Ὀνομάζεται*, inquit, *ὁ χῶρος οὗτος κατὰ Ἑλλήνων γλῶσσαν Μακάρων νῆσοι.* Ibidem magnam Oasin distare monet ab Aegyptiis Thebis septem dierum iter occidentem versus. Hinc sua petiit Eustath. ad Hom. *Odyss.* Δ p. 1509. Cf. Heyn. *Opusc.* I. 396 sq. A soli fertilitate regio illa nomen accepisse videtur, ut aliae satis multae urbes, v. c. Chios, Samos, Cos, Rhodus (Diod. Sic. V. 82.), Creta (cf. Meurs. *Cret.* II p. 5.), item ut ex Parmenide refert Suidas (Tom. II p. 483, coll. Phot. *λεξ. συναγ.* p. 242, 20; Hesych. Tom. II p. 527.), *ἡ ἀκρόπολις τῶν ἐν Βοιωτίᾳ Θηβῶν*; quas quidem omnes appellarunt olim *Μακάρων νήσους.* — Oasin incoluerunt Samii *τῆς Αἰσχριωνίης φυλῆς λεγόμενοι εἶναι*, ut scribit Herodotus l. l., quos eo delatos esse Ol. XL conjicit Panofka p. 24; quapropter cum Clint. *Fast. Hell.* II. p. 498 et Westerm. ad Voss. p. 133 n. 21 hoc fragmentum *Samiorum Annalibus* accensere placuit.

L.

Diog. Laërt. I. 1. 22. Ἦν τοίνυν ὁ Θαλῆς, ὡς μὲν Ἡρόδοτος καὶ Δοῦρις καὶ Δημόκριτός φασιν, πατρὸς μὲν Ἐξαμίου, μητρὸς δὲ Κλεοβουλίνης, ἐκ τῶν Θηλιδῶν, οἵ εἰσι Φοίνικες, εὐγενέστατοι τῶν ἀπὸ Κάδμου καὶ Ἀγήνορος. — Ἐπολιτογραφήθη δὲ ἐν Μιλήτῳ, ὅτε ἦλθε σὺν Νειλέῳ ἐκπεσόντι Φοινίκης.

Ἡρόδοτος. Thaletis memiuit Herodotus I. 170, quem tangit Plutarehus, *de malign. Herod.* p. 857 (Opp. ed. R. Vol. IX p. 405). Sed a Diogene ille miuus recte testis citatur. Primum, Herodotus de parentibus Thaletis ne verbo quidem dieit. Tum vero, quod h. l. ejus traditio vulgari opponitur senteutiae, qua Thales ἰθαγενὴς habebatur Μιλήσιος, hoc neque Herodotus negavit, qui eum diserte scribat *Milesium*, sed τὸ ἀνέκαθεν (de quo vocabulo lege quae ad Plut. *Vit. Sol.* p. 9 notavit Westerm.) fuisse *Phoenicem*. Ita alii quoque, quod ἐν παρόδῳ dietum sit, quasi auetoritate Herodoti, *Phoenicem* Thaletem appellarunt, Eusebium dico, *Praep. Evang.* X. 4., Suidam s. v. Tom. II p. 163, Eudociam p. 228. Idem scribit Clemens Alex., *Strom.* I p. 300 D, his verbis: Θαλῆς, ὡς Λέανδρος καὶ Ἡρόδοτος ἱστοροῦσι, Φοῖνιξ ἦν· ὡς δέ τινες ὑπειλήφασι, Μιλήσιος, iuferius autem (p. 302 C) simpliciter vocatur Φοῖνιξ τὸ γένος. Hue deuique pertiueut vitiosa Hygini verba, *Poët. Astron.* II. 2: «*Thales enim — natione fuit* Phoenix, *ut Herodotus* Milesius *dicit*,» quae omissa voce *Phoenix* sie sauare studuit Sturzius, *Hellan. fragm.* p. 28: «*Thales enim — natione fuit* Milesius, *ut Herodotus dicit.*» Falso. Qui verba Hygini atteute legerit, uihil miuus ejicieudum esse sibi persuadebit quam *Phoenix* illud, in quo omuis est disputatiouis vis posita. Fugit Sturzium egregia loci emendatio, quam

dudum Vossius proposuit, *H. G.* p. 452. Est autem illa hujusmodi: «*Thales enim* Milesius — *natione fuit* Phoenix, *ut Herodotus dicit.*» — Sed vereor ne longius sim evagatus; nunc illuc redeo.

Ἐξαμίου — Κλεοβουλίνης. Hanc Thaletis matrem aliam fuisse atque Cleohuli Liudii filiam (Diog. Laërt. I. 6. 89.), nemo non Menagio monenti credet. Patris Examii Diogenes meminit ex Callimacho I. 7. 29, Suidas s. v., Steph. Byz. v. Μίλητος p. 200, qui eum Ἐξαμοίου nomine appellat. Varie enim hoc nomen legitur. Genuina scriptura videtur Ἐξαμύου, ab Ἐξαμύας. Vid. Dindorf, *Zeitschr. f. d. Alth. ed. Zimm.* 1839 p 1131 sq.

Ἐπολιτογραφήθη δὲ κ. τ. λ. Haec quoque Duridis esse conjicio, de cujus et Democriti (Abderitae fortasse) sententia Thales, in ipsa Phoenicia natus e genere nobilissimo, recessit postea Miletum ibique jus civitatis accepit. Quod dubitat quidem Diogenes, scribens: ὡς δ' οἱ πλείους φασὶν, ἰθαγενὴς Μιλήσιος ἦν, καὶ γένους λαμπροῦ. sed aliqua parte illud cum Plutarchi convenit narratione, *de plac. phil.* I. 3. p. 875 (Opp. Vol. IX. ed. Reisk. p. 471), quum Thaletem dicat aetate jam provectiorem venisse Miletum, culta in Aegypto philosophia.

Νειλέῳ. Quis hic homo fuerit, ignoro. Casaubonus et Menagius, quibus corrupta visa sunt verba ἐκπεσόντι Φοινίκης, Neleum intellexerunt, Codri filium, Mileti conditorem; quem insignem esse anachronismum quis non continuo agnoscit? Ne de ipso nomine dicam Νειλέῳ, a Νειλεὺς sive, ut rectius scribitur, Νηλεὺς (cf. Sturz, *Hellan. fr.* p. 54) satis diverso.

LI.

Diog. Laërt. I. 4. 74. Πιττακὸς, Ὑῤῥαδίου, Μιτυλη-

ναῖος. Φησὶ δὲ Δοῦρις, τὸν πατέρα αὐτοῦ Θρᾷκα εἶναι. Suidas s. v. Tom. III. p. 120 ex emendatioue Menagii: Πιττακὸς, Μιτυληναῖος, υἱὸς Καϊκοῦ ἢ Ὑῤῥαδίου, Θρᾳκός· μητρὸς δὲ Λεσβίας. *Lesbium* vocat Plato *Protag.* p. 341 C. Ὕῤῥα filius dicitur in Arsenii *Viol.* ed. Walz 513; male, opiuor.

LII.

Diog. Laërt. I. 5. 82. Βίας, Τευτάμου, Πριηνεύς. — Τοῦτον οἱ μὲν πλούσιον, Δοῦρις δὲ πάροικόν φησι γεγονέναι.

Bochartus πλούσιον h. l. dici censet, qui multos possideat agros, qualis non sit advena. Cf. Menagius, qui ipse pro πάροικον corrigit πενιχρὸν, quum πλούσιον et πάροικον sibi non sint satis opposita. Nescio tamen, quare majore sit oppositioue opus, in primis si cum hoc loco cetera confero Duridis fragmenta, qnibus de viris agitur sapientiae vel doctrinae laude claris. Ubique enim ad nationem sive ipsorum respicitnr sive parentum; de rebus domesticis siletur, exceptis tantum Pherecyde et Pythagora, qui in ipsa Samo vixerant, quorumque adeo historia cum Samiorum rebus arctius cohaerebat. Qnapropter neque Menagii amplector conjecturam, neque etiam, quae ad veterem lectionem accedit proxime, Casauboni, προϊκὸν corrigentis. Nam etiamsi hanc vocem Hesychius (Tom. II p. 1031) agnoscit et πτωχὸς interpretatur, ejus tamen rarior est usus, quam nt de conjectura Duridi eam obtrudamus. Simnl vero fatendum est, mirum videri, Biantem hic scribi πάροικον, quem omnes Prienensem civem faciunt, et Phanodicus etiam ἀπόγονον dixit Θηβαίων, ἀποικίαν ἐς Πριήνην στειλάντων. Vid. Diog. Laërt. l. l. 83. — Ceterum ut hoc loco Τευτάμου, ita alibi

Bias Τευταμίδου filius scribitur, quod repetendum esse ex communi veterum consuetudine commiscendi nomina primitiva et patronymica, auctor est Hemsterh. ad Aristoph. *Plut.* p. 325.

LIII.

Diog. Laërt. I. 6. 89. Κλεόβουλος, Εὐαγόρου, Λίνδιος· ὡς δὲ Δοῦρις, Κάρ.

Lindium hodie Cleobulum reliqui scriptores appellant omnes, Lindiorumque tyrannum Plutarchus, *de* Ει *ap. Delph* p. 385 (Vol. VII p. 514 ed. Reisk.)

LIV.

c. Ol. LX.

Zenob. *Prov.* V. 64 p. 146. Πολυκράτης μητέρα νέμει. Μέμνηται ταύτης Δοῦρις. Λέγει δὲ, ὅτι Πολυκράτης ὁ Σάμιος τῶν ἐν τῷ πολέμῳ ἀποθανόντων τὰς μητέρας συναγαγὼν δέδωκε τοῖς πλουσίοις τῶν πολιτῶν τρέφειν, πρὸς ἕκαστον λέγων ὅτι· Μητέρα σοι ταύτην δίδωμι. Ὅθεν ἡ παροιμία ἐκράτησεν.

Omisso Duridis nomine, inde a voce Πολυκράτης haec scripta exstant in *Proverbiis* quae dicuntur Plutarchi I. 58 p. 329 sq. et *Cod. Bodl.* 779 p. 95. Cives illi, quorum matres Samii locupletiores acceperunt nutriendas, bello ceciderunt, quod contra Cyrum Regem gessit Polycrates, circa Ol. LX. Cons. Panofka l. l. p. 34 sq.

LV.

E LIBRO (*ut videtur*) II.

c. Ol. LX.

Schol. Eurip. *Hec.* 915. Δοῦρις ἐν τῷ β' τῶν Ὠ-

ρῶν γράφει οὕτως, ὡς ὑπὸ Αἰγινητῶν πειρατευόμενοι Ἀθηναῖοι στρατείαν κατ' αὐτῶν ἀποστέλλουσιν, οἱ δὲ ἅμα Σπαρτιάταις ἅπαντας ἀπέκτειναν. Εἷς δὲ ὑπέστρεψεν ἄγγελος, ὃν περιστᾶσαι τῶν τεθνεώτων αἱ γυναῖκες καὶ τὰς περόνας τῶν ὤμων ἀφελόμεναι ἐξετύφλωσαν, εἶτα ἀπέκτειναν. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι δεινὸν ἡγησάμενοι τὸ πραχθὲν, περιεῖλον τῶν γυναικῶν τὰς περόνας, ἐπείπερ εἰς ὁπλισμὸν αὐταῖς ἐχρήσαντο, καὶ οὐ πρὸς φυλακὴν τῆς ἀμπεχόνης. Αὐτοί τε ἐκόμων, αἱ δὲ γυναῖκες ἐκείροντο, καὶ τοῖς μὲν ἀνδράσι ποδήρεις ἦσαν οἱ χιτῶνες, αἱ δὲ γυναῖκες ἐβρύαζον ταῖς Δωρίαις στόλαις. Διὸ γυμνὰς καὶ τὰς ἀχίτωνας Δωριάζειν ἔφασαν.

Pro ἐν τῷ ιβ' recepi de conjectura ἐν τῷ β', cujus rei rationes reddidi p. 30 sq.

πειρατευόμενοι. Historiam narrat Herodotus V. 82—88, quo respicit Pausanias II. 30. 5; sed aliam ille memorat expeditionis susceptae causam, cujus haec est summa. Epidaurii, quo ipsis terra fertilis fieret, oraculi jussu simulacra erecturi oleagina Damiae et Anxesiae, oleas petiverant ab Atheniensibus, qui quidem suas incidi arbores concesserant, modo quotannis Epidaurii sacra afferrent Minervae Πολιάδι et Erechtheo. Aliquamdin post Aeginetae, ab Epidauriis desciscentes, eripuerunt simul statuas; quibus spoliati Epidaurii promissis non amplius steterunt. Itaque Athenienses miserunt Aeginam, qui easdem repeterent; sed tam male illi ab Aeginetis, quibus auxiliabantur Argivi (*Spartanos* dixit Duris), excepti sunt, ut non nisi unus salvus redierit. Res ea, quae jam Herodoti aetate tradebatur vario modo, obtigit circa Ol. LX, ut probabiliter efficit Müller, *Aegin.* p. 73. Cf. Pauly, *Real-Encycl.* v. *Aegina* I p. 92.

Εἷς δὲ ὑπέστρεψεν ἄγγελος. Concinunt satis Herodotea l. l. 87: Ὁμολογέεται δὲ καὶ ὑπ' Ἀθηναίων, ἕνα μοῦνον τὸν ἀποσωθέντα αὐτέων ἐς τὴν Ἀττικὴν γενέσθαι· — περιγενέσθαι μέντοι οὐδὲ τοῦτον τὸν ἕνα, ἀλλ' ἀπολέσθαι τρόπῳ τοιῷδε· (κομισθεὶς γὰρ ἐς τὰς Ἀθήνας, ἀπήγγειλε τὸ πάθος·) πυθομένας δὲ τὰς γυναῖκας τῶν ἐπ' Αἴγιναν στρατευσαμένων ἀνδρῶν, δεινόν τι ποιησαμένας κεῖνον μοῦνον ἐξ ἁπάντων σωθῆναι, πέριξ τὸν ἄνθρωπον τοῦτον λαβούσας, καὶ κεντεύσασας τῇσι περόνῃσι τῶν ἱματίων, εἰρωτᾶν ἑκάστην αὐτέων, ὅκη εἴη ὁ ἑωυτῆς ἀνήρ. Καὶ τοῦτον μὲν οὕτω διαφθαρῆναι.

τὰς περόνας τῶν ὤμων. Antiquissimus feminarum Atheniensium vestitus fuit idem qui Doricarum χιτών· nam, teste Herodoto l. l. 88, ἡ Ἑλληνικὴ ἐσθὴς πᾶσα ἡ ἀρχαίη τῶν γυναικῶν ἡ αὐτὴ ἦν, τὴν νῦν Δωρίδα καλέομεν. Doricus ille χιτὼν Corinthiaco simillimus e lana conficiebatur, fibulisque, haud raro aureis, supra humeros constrictus, manicis erat destitutus. Ἀχειριδώτους ἐφόρουν χιτῶνας, ὥστε φαίνεσθαι ἄνωθεν ἀπὸ τῶν ὤμων βραχίονα καὶ καρπὸν, ut notat Scholiastes Clem. Alex. p. 129 ed. Klotz. Porro a latere erat apertus nec zona continebatur, ita ut saepe evolverentur πτέρυγες nudaque apparerent femora; unde φαινομηρίδες Spartanae virgines dictae sunt, παρὰ τοῦ φαίνειν τοὺς μηρούς. Cf. Schol. l. l. p. 128 sq.; Pollux VII. 54. Plura de hoc argumento docte disputarunt Valcken. ad Herod. l. l.; Manso, *Sparta* I., 2 p. 163; Müller, *Dorier* II p. 261 sqq.; Becker, *Charikles* I. 320 sqq. De περόναις, quae proprie *humerales* fuere *fibulae*, cons. Spanhemium ad Callim. *Hymn. in Apoll.* 32 p. 96 sq. et Terpstra, *Antiq. Hom.* p. 166 sq.

Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι κ. τ. λ. Pergit sic Herodotus: Ἀθηναίοισι δὲ ἔτι τοῦ πάθεος δεινότερόν τι δόξαι εἶναι τὸ

τῶν γυναικῶν ἔργον. Ἄλλῳ μὲν δὴ οὐκ ἔχειν ὅτεῳ ζημιώσουσι τὰς γυναῖκας, τὴν δὲ ἐσθῆτα μετέβαλον αὐτέων ἐς τὴν Ἰάδα· — μετέβαλον ὦν ἐς τὸν λίνεον κιθῶνα, ἵνα δὴ περόνῃσι μὴ χρέωνται. Hic Ionicus χιτὼν tum aliis nominibus a Dorico differebat, tnm vero ad pedes usque demittebatur eratque manicis instructus. Cf. Schol. Clem. Alex. l. l. et iu primis Becker, II. p. 327 sq.

Αὐτοί τε ἐκόμων κ. τ. λ. Male haec cum ceteris cohaerent: sic enim sua ex Duride excerpsit Scholiastes, quasi de illius sententia ab hoc demnm tempore aluissent viri comam et χιτῶνας gestassent ad pedes demissos; qui tamen mos dudum invaluerat et remansit etiam ad Periclis usque aetatem. Vid. Eustath. ad *Iliad.* N p. 954 et Schol. ad calc. Ammon. ed. Valcken. p. 245. Cf. Becker l. l. II p. 309 sqq., p. 380 sqq. Quocirca hi videtur Duridis epitomator verborum contextnm misere vitiasse, omissis qnae ad rem suam parum facere putabat.

διὸ γυμνὰς καὶ τὰς ἀχίτ. Ita recte dederunt Barnesius aliique. Vulgo: διὸ καὶ ἡμᾶς τὰς ἀχίτ. κτλ.

Δωριάζειν. Commentarii loco juvat apponere quae ex Dionysio et Pausania grammaticis hansit Eustathius ad *Iliad.* Ξ p. 975. Αἴλιος Διονύσιος Δωριάζειν φησὶ τὸ παραφαίνειν καὶ παραγυμνοῦν πολύ τι τοῦ σώματος. Αἱ γὰρ κατὰ Πελοπόννησόν, φησι, κόραι διημέρευον ἄζωστοι καὶ ἀχίτωνες, ἱμάτιον μόνον ἐπὶ θατέρᾳ ἐπιπεπορπημέναι. — Παυσανίας δὲ καὶ αὐτὸς Δωριάζειν φησὶ τὸ παραγυμνοῦσθαι. Δωρικὸν γάρ, φησι, τὸ παραφαίνειν τὸ σῶμα διὰ τὸ μηδὲ ζώνας ἔχειν, τὸ πολὺ δὲ χιτῶνας φορεῖν, ἐν δὲ Σπάρτῃ καὶ τὰς κόρας γυμνὰς φαίνεσθαι. Dionysii interpretationem exscripserunt Hesychius Tom. I p. 1054 et Schol. ad Eurip. *Hec.* l. l.;

Pausaniae Suidas Tom. I p. 624. Cff. etiam Athen. XIII p. 589 F, Schol. Clem. Alex. l. l., Erasm. *Adag.* p. 318, quosque supra laudavi.

LVI.

EX EODEM LIBRO.

Diog. Laërt. I. 11. 119, 120. Φησὶ δὲ Δοῦρις ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Ὡρῶν, ἐπιγεγράφθαι αὐτῷ (Φερεκύδει) τὸ ἐπίγραμμα τόδε·

Τῆς σοφίης πάσης ἐν ἐμοὶ τέλος· ἢν δέ τι πλεῖον,
Πυθαγόρῃ τῷ 'μῷ λέγε ταῦθ', ὅτι πρῶτος ἁπάντων
Ἐστὶν ἀν' Ἑλλάδα γῆν. Οὐ ψεύδομαι ὧδ' ἀγορεύων.

Ab Aristoxeno aliisque (Diog. Laërt. l. l. 118) Pherecydes dictus est diem obiisse in Delo insula; ab aliis, Ephesi (Cf. Diog. l. l. 121); ab Heraclide denique Pontico (*Rerump. Fragm.* ed. Koeler. X p. 11), Sami. In hanc partem Duridem quoque abiisse, dubito an jure ex nostro loco conjiciat Menagius. Contrarium potius efficiam ex Diogenis silentio, qui veterum scriptorum de morte Pherecydis testimonia l. l. recensens Sami mentionem fecit nullam. In Pherecyde autem τῆς σοφίης πάσης τέλος fuit tanquam τῶν σοφῶν ultimo, quum primus ejus discipulus Pythagoras, repudiato σοφοῦ nomine, φιλόσοφος i. e. ὁ σοφίαν ἀσπαζόμενος haberi appellarique voluerit. Vid. Diog. Laërt. *Proöem.* VIII. 12. — Falli Fabricium, *Bibl. Gr.* IV p. 473, ubi *Elaïtae* Duridi hoc in Pherecydem epigramma tribuit, quid probem?

LVII.

EX EODEM LIBRO.

Porphyr. *Vit. Pythag.* III p. 5. Δοῦρις δ' ὁ Σά-

μιος, ἐν δευτέρῳ τῶν Ὡρῶν, παῖδά τ' αὐτοῦ ἀναγράφει Ἀρίμνηστον, καὶ διδάσκαλόν φησι γενέσθαι Δημοκρίτου. Τὸν δ' Ἀρίμνηστον κατελθόντ' ἀπὸ τῆς φυγῆς, χαλκοῦν ἀνάθημα τῷ ἱερῷ τῆς Ἥρας ἀναθεῖναι, τὴν διάμετρον ἔχον ἐγγὺς δύο πηχέων, οὗ ἐπίγραμμα ἦν ἐγγεγραμμένον τόδε·

Πυθαγορέω φίλος υἱὸς Ἀρίμνηστός μ' ἀνέθηκε,
Πολλὰς ἐξευρὼν εἰνὶ λόγοις σοφίας.

Τοῦτο δ' ἀνελόντα Σῖμον τὸν Ἁρμονικὸν καὶ τὸν κανόνα σφετερισάμενον ἐξενεγκεῖν ὡς ἴδιον. Εἶναι μὲν οὖν ἑπτὰ τὰς ἀναγεγραμμένας σοφίας, διὰ δὲ τὴν μίαν, ἣν Σῖμος ὑφείλετο, συναφανισθῆναι καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἐν τῷ ἀναθήματι γεγραμμένας.

Ἀρίμνηστον. De familia Pythagorae cons. Bruckeri *Hist. Phil.* Tom. I p. 1019 sq. Filii ejus commemorantur vulgo tres: Telauges, Damon, Mnesarchus; quartum illum hodie praeter Duridem nemo scriptorum agnoscit. Neque tamen ignobilem fuisse hominem hoc ipsum fragmentum satis arguit. Quod autem Democriti dicitur praeceptor, id potest facile conciliari Glauci Rhegini verbis, qui Democriti aequalis vixit, scripsit autem Pythagoreorum *quempiam* a Democrito esse auditum. Nec magis Thrasylli testimonium repugnat. Affirmat enim Democritum, Pythagoreorum in genere imitatorem, cum admiratione ipsum Pythagoram scripto celebrasse, omninoque ita videri ab eo desumpsisse omnia, ut, nisi temporis obstaret ratio, audivisse illum posset existimari. Utrumque refert Diogenes Laërt. IX. 7. 38.

χαλκοῦν ἀνάθημα. De more veterum, quo artium doctrinarumque inventa insculpere columnis solebant tabulisque aeneis, congessit ad h. l. complures veterum locos Holstenius. Simile Eratosthenis ἀνάθημα in Epi-

20

grammate memoratur, a Brunckio recepto, *Anal.* I p. 478, de quo vid. Bernhardy, *Eratosth.* p. 180 sqq. Posuit ἀνάθημα Arimnestus *ab exsilio redux*, quod factum esse videtur post Pythagorae obitum, adeoque post Ol. LXX. 4, quo is traditur vita excessisse. Vid. Clinton, *Fast. Hell.* I p. 23.

τῷ ἱερῷ τῆς Ἥρας. Si quid Sami quondam celebre, Junonis fuere templum, cultus et festa; unde eorum frequens est in antiquorum scriptis mentio. Cff. Fragm. XLVIII et LXVI. Erat autem Juno Samiorum Dea tutelaris, in cujus adeo honorem

— τὸ χρυσοῦν — ὀρνίθων γένος,
τοὺς καλλιμόρφους καὶ περιβλέπτους ταὼς

pascere Samii ab antiquissimo inde tempore solebant. Pavo quoque Samiis monetae erat nota (Athen. XIV p. 655 A. B.); serius demum, Romanorum certe Imperatorum aetate, ipsius Deae simulacro temploque nummi signari coepti sunt. Qua de re cons. Spanhemius ad Callim. *Hymn. in Dian.* 228 p. 532 sq., *in Del.* 48 p. 416 sq. Templum Junonis Herodotus III. 60 appellat νηὸν μέγιστον πάντων νηῶν τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, unde vere ἀρχαῖον ἱερὸν idem a Strabone dicitur, cujus aetate reponendis tabulis usurpabatur. Vid. Strab. XIV p. 944 B, coll. Pausan. VII. 4. 4. De hac aede scriptum olim prodiit Theodori (Vitruv. *Praef.* Lib. VIII. 8; ed. Stratic. III. 2 p. 93), item liber singularis Menodoti Samii (Athen. l. l. p. 655 A), inscriptus Περὶ τῶν κατὰ τὸ ἱερὸν τῆς Σαμίας Ἥρας. Cff. Panofka, *Res Sam.* p. 51, 57 sqq., et Heynius, *Opusc.* V p. 344 sq. A Junone denique in Thracia nomen habebat Ἡραῖον τεῖχος, a Samiis conditum, cujus Herodotus meminit IV. 90. Vide Harpocrat. s. v. p. 93 et Steph. Byz. p. 134. Cf. Panofka l. l. p. 23.

Σῖμον τὸν Ἁρμονικόν. In Catalogo Pythagoreorum Jamblichus *Vit. Pyth.* XXXVI p. 217 ed. Kust. Simum reponit *Posidoniatam*. Quisqnis is fuit, h. l. iutelligendus esse videtur Simus *Magnes*, μελοποιὸς, ὁ παραφθείρας τὴν τῶν προτέρων μελοποιῶν ἀγωγὴν καὶ τὴν Σιμῳδίαν εἰσαγαγὼν, de quo postea appellarunt Σιμῳδοὺς, qui primum dicebantur Ἱλαρῳδοί. Vidd. Strabo XIV p. 959 A (ubi pro Σίμωνα scribendum est Σῖμον) et Athen. XIV p. 620 E. Cf. Bode, *Gesch d. Hell. Dichtk.* Vol. II P. II p. 469.

κανόνα. De mnsico canoue, Pythagorae invento, multus est Jamblichus l. l. XXVI p. 96 sqq. Erat μέτρον ὀρθότητος τῶν ἐν τοῖς ψόφοις συμμετριῶν, ἢ μέτρον ὀρθότητος τῶν ἐν τοῖς ψόφοις ἡρμοσμένων διαφορῶν, αἱ θεωροῦνται ἐν λόγοις ἀριθμῶν, ut legitur in scholio ad Ptolem. *Harm.* I. 2, qnod ad Porphyrii locum vulgavit Holstenius. Eratosthenis κανόνιον exstat apud Ptolem. l. l. II. 14 p. 170. Cf. Bernhardy p. 172.

ἑπτὰ — σοφίας. Arimuestus igitur, πολλὰς ἐξευρὼν εἶναι λόγοις σοφίας, ἀναθήματι posito in aede Junouis σοφίας iuscripserat septem, quarum uua a Simo sublata ceterae simul suut corruptae et interiernnt omnes. Haec quid sibi velint, obscnrins mihi esse ingenne fateor. Holstenius, posteaquam monuit σοφίαν dici omnem artem et scientiam, h. l. *artes liberales* ex adjuncto uumero septenario cogitandas esse docet. Sed hac interpretatioue uihil lncramur. Si qnid in tantis tenebris video, de musices et harmoniae doctrina, Pythagoreis celebratissima, Duridis verba accipienda sunt. Numerum vero septenarium, quamqnam is in re mnsica et harmonia locum occupabat praecipnum (vide e. g. Philou. Jud. *de mund. opif.* p. 21 D, p. 25 A. B, alibi; Plin. *H. N.* II. 20. Cf. Stallbaum ad Plat. *Tim.* p. 35 B.), hic urgere nolim. Erant

universe numeri secundum Pythagoreos musices principia. Sensunm efficaciam auditusque judicium spernebant; numerorum proportionibus omnia tribuebant. Vide Plnt. *de Mus.* XXXVII. Cf. Bullialdus ad Theon. Smyrn. *de Arithm.* p. 9, cnjus seutentiam refert summatim de Gelder p. 106. Cf. Stallbaum. l. l. Iterum dicam Theonis verbis II p. 23: Κατὰ τοὺς Πυθαγορικοὺς πρεσβεύτας τὰ τῶν ἀριθμῶν ὡς ἀρχὴ (ἦσαν) καὶ πηγὴ καὶ ῥίζα τῶν πάντων. Hinc ἡ ἐν ἀριθμοῖς μουσικὴ dicta est, quippe theorematibus arithmeticis arctissime counexa, numerorumque proportionibus superstructa. Vid. Theon. l. l. I p. 21. Ab his igitur profecti nostro loco aliquid certe lucis affundere poterimus. Σοφίαν accipiam de subtilibus quibusdam quaestionibus, quas in λόγοις i e. *numerorum rationibus* (Vidd. Theon. *de Mus.* XIX p. 113; Bekkeri *Anecd. Gr.* II p. 839, 5. Cf. omnino de Gel. der l. l. p. 148.) acute excogitatas proposuisse Arimnestus credebatur, accommodatis illis ad rem musicam, atque inter se ita conjunctis, ut qui unam tolleret, is ceteras etiam sustulisse videretur, dempta harmonia. — Sed videant qui cum hac disciplina majorem familiaritatem contraxerint.

LVIII.

Suidas Tom. III p. 22. Πανύασις Πολυάρχου, Ἁλικαρνασσεύς. — Δ ο ῦ ρ ι ς δὲ Διοκλέους τε παῖδα ἀνέγραψε, καὶ Σάμιον· ὁμοίως δὲ καὶ Ἡρόδοτον Θούριον.

Πανύασις. Floruit Panyasis intra Ol. LXXII—LXXVIII, ut colligit Naekins, *Choeril. Sam. quae supersunt* p. 15 sqq. Patrem ei Polyarchum tribuit quoque Pausanias X. 8. 5. De eo vide Vossium, *H. G.* p. 35 ibique Wes-

term.; Naekium l. l. p. 61 sq.; Heynium, *Ind. scriptt. ab Apoll. laudd.* p. 991 sq. et Heysium *Quaestt. Herod.* p. 13 sqq. Nuperrime de eo egerunt Funcke, *Disp. de Panyas. Hal. vit. ac poësi* et Tzschirner, *Diss. philol. de Pan. Hal.* P. I. Halicarnassi natus, commigravit Samum, Lygdamide rerum in patria potito, indeque *Samius* dici coepit. Cf. Bode, *Gesch. d. Hell. Dichtk.* Vol. I p. 504 sq.

ὁμοίως δὲ κ. τ. λ. Depravatam esse Suidae vulgatam lectionem Ἡρόδοτος Θούριον, nemo non videt. Tentavit locum Tzschirnerus p. 19, eumque sic sanare studuit: Δοῦρις δὲ . . . ὁμοίως καὶ Ἡρόδωρος. Θούριον δὲ κ. τ. λ. Comperi ex ejusdem opusculi censura, quae exstat in *Ephem. Goett.* 1839 p. 1278; sed merito doctissimus Censor hanc Tzschirneri conjecturam respuisse videtur. Ipse autem postrema Suidae verba sic emendanda putat, ut vel legatur Ἡρόδοτος Θούριος (καλεῖται), vel Ἡρόδοτον Θούριον (ἀναγράφουσιν). Hoc equidem praefero, sed pro ἀναγράφουσιν repeto ἀνέγραψεν, ut non ad alios quospiam, sed ad ipsum referatur Duridem. Suidae igitur verbis hunc inesse sensum puto: Fuit Panyasis *Halicarnassensis*, sed Duris *Samium* eum fecit, eodem errore quo Herodotum, item Halicarnassi natum, *Thurium* fuisse tradidit. Neque omni caret probabilitate suspicio, re vera Duridem in *Samiorum Annalibus* Herodoti meminisse, si et generis propinquitatem cogitas ac familiaritatem, quae Panyasidi cum Herodoto fuit (cff. Naekius l. l. p. 15 sqq. et Heysius p. 12 sqq.), et haud inconditam famam, Sami Herodotum *Historiarum* libros conscripsisse, de qua vidd. e. g. Wesseling *Praef. ad Herod.* p. II; Heysius l. l.; Jaeger, *disp. Herod.* p. 7; Goeller, *vit.*

Thucyd. p. 44 et, ne plures nominem, Baehr, *comm. de vit. et scr. Herod.* p. 379 sq., 385 (Vol. IV ed. Herod.). Quodsi autem, ut suspicor, Duris Herodotum pro *Thurio* habuit, errasse quidem ille omnino videtur, sed errati tamen simul venia parata est. Multum enim de patria Herodoti disputarunt veteres, multique adeo *Thurium* eum dixerunt, διὰ τὸ κοινωνῆσαι τῆς εἰς Θουρίους ἀποικίας, ut cum Strabone XIV p. 970 A testatur Plutarchus *de Exsil.* p. 604 (Vol. VIII p. 386 ed. R.); *de Herod. mal.* p. 868 (Vol. IX. p. 444). Cff. Fabricius, *Bibl. Gr.* II p. 327 sq. cum notis Harl.; Vossius *H. G.* p 36 ibique Westerm.; Baehrius l. l. p. 378, 387 sq et quos supra citavi. Ita non Juliano tantum (ap. Suidam Tom. II p. 76) Θούριος dictus est λογοποιός; sed locupletioris etiam testis, Aristotelem dico, eadem est de Herodoti patria sententia. Vid. *Rhet.* III. 9. Quam autem vulgaris ea permanserit nonnullorum opinio, hinc quoque apparet, quod Plutarchi etiam aetate non deërant, qui in ipso operis Herodotei exordio scriberent: Ἡροδότου Θουρίου ἱστορίης ἀπόδειξις ἥδε. Thuriis tandem mortuus inque foro sepultus est, ut narrat Suidas l.l. Itaque, quod declarat epigramma, sepulcro ejus inscriptum (Steph. Byz. v. Θούριοι p. 139; Schol. Aristoph. *Nubb.* 331.), Thurios Herodotus quasi alteram habuit patriam, indeque, ut *Samius* Panyasis, *Thurius* appellari suo quodam jure potuit. Simile quid aliis evenisse, exempla probant supra collata, p 9 sq.

LIX.

Ol. LXXXIV. 4.

Harpocration p. 34. Ἀσπασία — Δοκεῖ δὲ δυοῖν πο-

λέμων αἰτία γεγονέναι, τοῦ τε Σαμιακοῦ καὶ τοῦ Πελοποννησιακοῦ, ὡς ἔστι μαθεῖν παρά τε Δούριδος τοῦ Σαμίου καὶ Θεοφράστου ἐκ τοῦ τετάρτου τῶν Πολιτικῶν καὶ ἐκ τῶν Ἀριστοφάνους Ἀχαρνέων.

Suppressis auctorum nominibus, haec repetunt Suidas s. v. Tom. I p. 355 sq. et *Anecd. Gr.* ed. Bachm. I p. 153, 7. Ipsum Duridis opus ante oculos habuit Plutarchus, *Vit. Pericl.* XXV sqq.; quo loco quae de bello Samio fusius disseruntur, tantum non omnia Duridi videntur vindicanda. De origine belli sic disputat: Τὸν δὲ πρὸς Σαμίους πόλεμον αἰτιῶνται μάλιστα τὸν Περικλέα ψηφίσασθαι διὰ Μιλησίους, Ἀσπασίας δεηθείσης. Αἱ γὰρ πόλεις ἐπολέμουν τὸν περὶ Πριήνης πόλεμον· καὶ κρατοῦντες οἱ Σάμιοι, παύσασθαι τῶν Ἀθηναίων κελευόντων, καὶ δίκας λαβεῖν καὶ δοῦναι παρ' αὐτοῖς, οὐκ ἐπείθοντο. Periclem autem, quem Aspasiae ut gratificaretur totam Graeciam perturbasse ajunt (Athen. XIII p. 589 D.), videri Samium quoque bellum in ejusdem gratiam suscepisse, testatur Plut. l. l. XXIV init. Sed frustra hoc apud Thucydidem (I. 115.), frustra apud Diodorum (XII. 27 sq.) quaesiveris. Cf. van Assen, *Perikles v. Athene* p. 34. Quid vero persuaserit Ullrichio (*das Megar. Psephism.* p. 2), ut ex Harpocrationis verbis neget sequi, Duridem Aspasiae belli *Samii* originem tribuisse, prorsus non intelligo. De Theophrasto quidem, bellum *Samium* dixerit an *Peloponnesiacum*, incerta magis res est; sed ut hoc indicat hodieque Aristophanes l. l. 527 (cf. Cobet, *Prosopogr. Xenoph.* p. 75 sq.), ita de illo egisse Duridem in Σαμίων Ὥροις ipsum operis argumentum indicio satis firmo esse potest. Quocirca huc Harpocrationis verba referam.

LX.

Photius λεξ. συναγ. p. 498, 15. Σαμίων ὁ δῆμός

ἐστιν) ὡς πολυγράμματος. Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις, ἐπισκώπτων τοὺς ἐστιγμένους. Οἱ γὰρ Σάμιοι, καταπονηθέντες ὑπὸ τῶν τυράννων, σπάνει τῶν πολιτευομένων ἐπέγραψαν τοῖς δούλοις ἐκ πέντε στατήρων τὴν ἰσοπολιτείαν, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Σαμίων Πολιτείᾳ· ἢ ὅτι παρὰ Σαμίοις εὑρέθη πρώτοις τὰ κδ' γράμματα ὑπὸ Καλλιστράτου, ὡς Ἄνδρων ἐν Τρίποδι. — οἱ δέ, ὅτι Ἀθηναῖοι μὲν τοὺς ληφθέντας ἐν πολέμῳ Σαμίους ἔστιζον γλαυκὶ, Σάμιοι [δὲ Ἀθηναίους] τῇ Σαμαίνῃ, ὅ ἐστι πλοῖον δίκροτον, ὑπὸ Πολυκράτους πρῶτον παρασκευασθὲν, τοῦ Σαμίων τυράννου, ὡς Λυσίμαχος ἐν β' Νόστων· τὸ δὲ πλάσμα Δούριδος. οἱ δὲ τὴν Σάμαιναν νόμισμα εἶναι.

Hunc locum receperunt totum Suidas s. v. Tom. III p. 279 et Apostol. *Prov.* XVII. 25 p. 210, ex quibus nostro loco recipienda putavi verba δὲ Ἀθηναίους, uncis inclusa. Cf. porro Hesychius s. v. Tom. II p. 1147. Proverbium explicat Erasmus, *Adag.* p. 640; Aristotelis sententiam Neumann, *Arist. Rerump. fragm.* p. 147 sq., totum vero nostrum locum Fritzsche, *de Babyl. Aristoph. comm.* p. 18 sqq., et Sintenis ad Plutarchi *Pericl.* p. 186 sqq.

ἐστιγμένους. Servorum et apud Graecos et apud Romanos hanc olim fuisse poenam, si quid gravius forte deliquissent, ut certae quaedam notae, *στίγματα*, eorum vel fronti inurerentur vel manibus, copiose docet Lipsius, *Elect.* II. 15 (Opp. Tom. I p. 804 sqq.)

ἔστιζον γλαυκί. Non nominato auctore eandem historiam refert Aelianus *V. H.* II. 9, item Plutarchus l. l. XXVI, his ipsis verbis, quae Duridem mirifice redolent: *Οἱ δὲ Σάμιοι τοὺς αἰχμαλώτους τῶν Ἀθηναίων ἀνθυβρίζοντες ἔστιζον εἰς τὸ μέτωπον γλαῦκα· καὶ γὰρ ἐκείνους*

οἱ Ἀθηναῖοι Σάμαιναν. — Πρὸς ταῦτα τὰ στίγματα λέγουσι καὶ τὸ Ἀριστοφάνειον ᾐνίχθαι· Σαμίων ὁ δῆμός ἐστιν ὡς πολυγράμματος. Quo loco frustra pro γλαῦκα Sintenisius plurale γλαῦκας tueri studet. Illud et postulat oppositum Σάμαιναν, et commendant Photius, Suidas, Apostolius l. l. Similem addo Plutarchi locum, *Vit. Nic.* XXIX, ubi de Syracusanis haec leguntur: Τοὺς αἰχμαλώτους (τῶν Ἀθηναίων) ἐπώλουν, στίζοντες ἵππον εἰς τὸ μέτωπον.

Σαμαίνη. Apponam cetera verba Plutarchi, (*Vit. Pericl.* l. l., modo praetermissa. Ἡ δὲ Σάμαινα, inquit, ναῦς ἐστὶν ὑόπρωρος μὲν τὸ σίμωμα, κοιλοτέρα δὲ καὶ γαστροειδής, ὥστε καὶ φορτοφορεῖν καὶ ταχυναυτεῖν. Οὕτω δ' ὠνομάσθη διὰ τὸ πρῶτον ἐν Σάμῳ φανῆναι, Πολυκράτους τυράννου κατασκευάσαντος. Vide etiam Hesychium s. v. et v. Σαμιακὸς τρόπος, Tom. II p. 1145 sq., quosque supra laudavi. Rem accurate explicuerunt Enschedé, *disp. de insign. et tutel. nav.*, *Opusc.* Ruhnk. Tom. I p. 433; Panofka l. l. p. 15, 69; Naeke, *Choeril. quae supers.* p. 155 sqq.; Sintenis l. l.

τὸ δὲ πλάσμα Δούρ. Schottus, *Coll. Prov.* p. 527, vertit *Duride architecto inventum*, unde Franc. Junius, *Catal. Artif.* p. 81, Duridem scribit Samaenam primum invenisse, gravissimo utique errore. Exploditur vero Duris, quod ad στίγματα illa respexisse Aristophanem putavit, quibus bello Samio Athenienses notasse Samios feruntur; quam interpretationem nuper item Fritzschius rejecit l. l. p. 19: « Quum Samium illud bellum, inquit, — decem fere annos antequam nostra doceretur fabula, jam compositum esset: quis tandem animum inducat, ut Aristophanem ignominiosas istas noctuarum notas, quarum memoria post tantum intervallum prope o-

mnis evanuisset, refricuisse credat?» Eidem Fritzschio facile equidem adscribo, monenti, ne illum versum aliunde quam ex ipsa poëtae mente explicare studeamus, qui *Babylonios*, i. e. servos, eo docuisset consilio, ut demonstraret, quam dure vectigales reipublicae socii tractari coepti essent, ideoque singulis civitatibus *Babyloniorum* sive servorum, qui cummaxime e pistrino protracti essent, personam imposuisset. Cf. Bode l. l. Vol. III P. II p. 366 sqq.

LXI.

Ol. LXXXV. 1.

Plutarch. *Vit. Pericl.* XXVIII. Ἐνάτῳ δὲ μηνὶ, τῶν Σαμίων παραστάντων, ὁ Περικλῆς τὰ τείχη καθεῖλε, καὶ τὰς ναῦς παρέλαβε, καὶ χρήμασι πολλοῖς ἐζημίωσεν· ὧν τὰ μὲν εὐθὺς ἤνεγκον οἱ Σάμιοι, τὰ δ᾽ ἐν χρόνῳ ῥητῷ ταξάμενοι κατοίσειν, ὁμήρους ἔδωκαν. Δοῦρις δ᾽ ὁ Σάμιος τούτοις ἐπιτραγῳδεῖ, πολλὴν ὠμότητα τῶν Ἀθηναίων καὶ τοῦ Περικλέους κατηγορῶν, ἣν οὔτε Θουκυδίδης ἱστόρηκεν, οὔτ᾽ Ἔφορος, οὔτ᾽ Ἀριστοτέλης· ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἀληθεύειν ἔοικεν, ὡς ἄρα τοὺς τριηράρχους καὶ τοὺς ἐπιβάτας τῶν Σαμίων εἰς τὴν Μιλησίων ἀγορὰν ἀγαγὼν, καὶ σανίσι προσδήσας ἐφ᾽ ἡμέρας δέκα, κακῶς ἤδη διακειμένους προσέταξεν ἀνελεῖν, ξύλοις τὰς κεφαλὰς συγκόψαντας, εἶτα προβαλεῖν ἀκήδευτα τὰ σώματα. Δοῦρις μὲν οὖν οὐδ᾽ ὅπου μηδὲν αὐτῷ πρόσεστιν ἴδιον πάθος, εἰωθὼς κρατεῖν τὴν διήγησιν ἐπὶ τῆς ἀληθείας, ἔοικεν ἐνταῦθα δεινῶσαι τὰς τῆς πατρίδος συμφορὰς ἐπὶ διαβολῇ τῶν Ἀθηναίων.

Ἐνάτῳ δὲ μηνὶ κ. τ. λ. Ad hunc locum vide quae docte accurateque disputavit Sintenis l. l. p. 193 sq.

Δοῦρις δ᾽ — ἐπιτραγῳδεῖ. Diodorus Sic. XII. 28 simpliciter narrat, defectionis auctores quas me-

ruissent poenas subiisse. Quid autem de Duridis narratione et vituperio Plutarchi videatur, suo loco dixi p. 44 sqq.; in quam meam sententiam nunc video pridem abiisse in *Comm. de Pericl. Athen.* Clarisse, p. 208. De voce ἐπιτραγῳδεῖν supra p. 43 laudavi Baehrium. Eadem significatione ἐκτραγῳδεῖν Arrianum dicit Photius, *Bibl.* Cod. XCII p. 70 b. et Homerum Theopompus apud Aelianum *V. H.* VII. 2, ubi cf. Perizon. Vocabulo συντραγῳδεῖν utitur Plutarchus, *Vit. Nic.* V., et τραγῳδεῖν de Theopompo idem *Vit. Demosth.* XXI. Cf. Sintenis p. 197.

Μιλησίων. Quare Miletum potissimum Pericles captivos abduxerit puniendos, satis intelligitur ex loco Plutarchi *Vit. Pericl.* XXV, ad Fragm. LIX laudato. Ut enim totum bellum in Aspasiae *Milesiae* gratiam susceptum esse traditur, ita Pericles hanc simulaverat belli causam, ὅτι Σάμιοι τὸν πρὸς Μιλησίους κελευόμενοι διαλύσασθαι πόλεμον, οὐχ ὑπήκουον. Vid. Plutarch. l. l. XXIV init.

σανίσι προσδήσας κ. τ. λ. Σανίδα Photius, λεξ. συναγ. p. 499, 16, explicat τὸ δεσμωτικὸν ξύλον, item, ἐν ᾗ τοὺς κακούργους ἔδουν, ut Eustath. ad *Od.* X p. 1923. Schol. Apoll. Rh. I. 787: Σανίδες λέγονται τὰ ὑπερμήκη ξύλα καὶ πλατέα, οἷον τανίδες, παρὰ τὴν τάσιν (cf. Etymol. M. s. v. p. 708, 13) ideoque Hesychius, Tom. II p. 1150: τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ σ τ α υ ρ ο ῦ. De reliquo hujus vocis usu v. Photium, Eustath. et Hesych. l. l., quibus adde Schol. Aristoph. *Vespp.* 844; *Thesm.* 940; *Anecd. Bekk.* Vol. I p. 303. Cff. Lipsius ad Lib. I *de Cruce* c. 4 p. 1219 sq. et Sintenis p. 197. Jure autem miratur Car. Keilius (*Neue Jahrb. f. Phil. u. Paed.* 1839. Vol. XXVII p. 141,) quomodo per *decem* dies crucibus affixi, Samii non pridem doloribus succubuissent, anteaquam Periclis jussu

capitis supplicio afficerentur. Quod quum omnem exsuperet fidem, haud scio an recte ille censeat veram Plutarchi scripturam fuisse ἡμέρας δ′ sive τέτταρας, postea in δέκα depravatam. Ejusdem corruptelae alterum deprehendimus exemplum apud Athenaeum, Fragm. XLII.

LXII.

Ol. XCI. 2.

Cic. *Epp. ad Att.* VI. 1. 18. *Quis non dixit*, Εὔπολιν, τὸν τῆς ἀρχαίας, *ab Alcibiade, navigante in Siciliam, dejectum esse in mare? Redarguit Eratosthenes: affert enim, quas ille post id tempus fabulas docuerit. Num idcirco* Duris Samius, *homo in historia diligens, quod cum multis erravit, irridetur?*

Quis non dixit — ? Aristidis scholion super hac re edidit Creuzerus ad Plotin. *de pulcrit.* p. 465, quo sic scribitur: Λέγουσιν ὅτι ἐκωμῴδουν ὀνομαστὶ τοὺς ἄνδρας μέχρις Εὐπόλιδος. Περιεῖλε δὲ τοῦτο Ἀλκιβιάδης ὁ στρατηγὸς καὶ ῥήτωρ· κωμῳδηθεὶς γὰρ παρὰ Εὐπόλιδος, ἔῤῥιψεν αὐτὸν ἐν τῇ θαλάττῃ ἐν Σικελίᾳ συστρατευόμενον, εἰπών·

Βάπτες μ᾽ ἐν θυμέλῃσιν· ἐγὼ δέ σε κύμασι πόντου
Βαπτίζων ὀλέσω νάμασι πικροτάτοις.

Exstat porro Platonii fragmentum, jam a Vossio collatum (*Art. Hist.* IX p. 17, ed. *Opp.* 1699), quo idem pro certo narratur: Ἴσμεν γοῦν, τὸν Εὔπολιν ἐπὶ τῷ διδάξαι τοὺς Βάπτας ἀποπνιγέντα εἰς τὴν θάλασσαν ὑπ᾽ ἐκείνων, εἰς οὓς καθῆκε τοὺς Βάπτας. Vidd. *Prolegg.* Kusteri ad Aristoph. p. XI init. Cff. Schol. Juven. *Sat.* II. 92; Themistius, *Orat.* VIII p. 110 ed. Harduin. Ansam traditioni praebuisse videntur Lysiae verba, *c. Alcib.* I p. 541 Reisk.: Οὐ πολλῷ δὲ χρόνῳ ὕστερον κατακυβεύσας τὰ ὄντα, ἐκ Λεύκης ἀκτῆς ὁρμώμενος τοὺς

φίλους κατεπόντιζεν. Vid. Meineke, *Hist. crit. comic. Graec.* p. 106. Alia tradit Suidas v. Εὔπολις, Tom. I p. 903: *Ἀπέθανε ναυαγήσας κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον ἐν τῷ πρὸς Λακεδαιμονίους πολέμῳ.* Quo significatur fortasse victoria ad Cynossema, ab Atheniensibus reportata de Lacedaemoniis, Ol. XCII. 2. Uti autem et Duridem et ceteros, quotquot de Eupolidis morte talia narraverint, falsos esse plane constat, ita simul longe abest ut eorum narratio omnino fictitia habenda sit. Quamquam enim non submersus est Comicus, jussu tamen irati Alcibiadis in Siciliam navigantis in mari est immersus; quod docet Anonymus *de Comoedia* in Crameri *Anecd.* Tom. I p. 7, 11: *Οἱ δὲ στρατιῶται*, inquit, *συλλαμβάνοντες αὐτὸν, ὡς μέν τινες φασὶν, παντελῶς ἀπέπνιξαν εἰς τὴν θάλασσαν· ὡς δὲ ἄλλοι, δεδεμένον αὐτὸν σχοινῷ ἀνῆγόν τε καὶ κατῆγον εἰς τὴν θάλασσαν, οὐ μέντοι καὶ ἀπέπνιξαν παντελῶς.* Vid. omnino Bode, *Gesch. d. Hell. Dichtk.* Vol. III P. II p. 182 sqq. Nec magis de Comici sepulcro inter antiquos convenit. Aelianus enim (*Hist. Anim.* X. 41), quem sequitur Tzetzes (*Chil.* IV. 131. 245 sqq.), in Aegina obiisse Eupolin refert, locumque a canis moerore, qui ibidem sit exstinctus, *κυνὸς θρῆνον* esse appellatum. Contra, Pausaniam si audis (II. 7. 4), mortuum Eupolin sepultumque prope Sicyoniam credideris. Cff. omnino Meineke l. l. p. 105 sq., 119; Lucas, *Cratinus et Eupolis* p. 85 sqq.; Runkelius, *Pherecr. et Eupol. fragm.* p. 81 sq., 99 sq.

fabulas. In his fuere Δῆμοι, fortasse Ol. XCI. 4 acti, ut suspicatur Meineke l. l. p 129, idemque p. 118 docet, alteram Αὐτολύκου actionem incidisse in Ol. XCII. 1. Cf. Runkelius l. l. p. 95.

LXIII.

Ol. XCI. 2.

Harpocrat. p. 19. Ἀνδοκίδου Ἑρμῆς. Αἰσχίνης ἐν Τῷ κατὰ Τιμάρχου· «Ἔπειτα τὸν Ἑρμῆν τὸν Ἀνδοκίδου καλούμενον οὐκ Ἀνδοκίδου, ἀλλ᾽ Αἰγηΐδος φυλῆς εἶναι ἀνάθημα." Καὶ αὐτὸς Ἀνδοκίδης ἐν Τῷ περὶ τῶν Μυστηρίων, ὅτι τῆς Αἰγηΐδος εἴη τὸ ἀνάθημα εἴρηκεν. Ὥστε ὁ Δοῦρις αὐτοσχεδιάζει, Ἀνδοκίδου αὐτὸ εἶναι λέγων.

Aeschiuis locus legitnr p. 17 ed. Steph., Audocidis p. 9. Praeter hos quotquot veterum de statua illa Mercurii egerunt, ad uuum consentinnt omnes, ab Aegeïde tribu prope paternas Audocidis aedes fuisse positam; in eo tantum differnnt, ut alii *Andocidis Mercurium* iude dictam referant, quod solus stetit illaesus qua nocte reliqui Hermae mntilati sunt, alii vero ita vocatum existiment, tanquam vicinam Andocidis domo. Vidd. Plutarch. *Alcib.* XXI, *Nic.* XIII; Nepos, *Vit. Alcib.* III. 2 (ad q. l. cf. Wiggers *de Nep. Alcib. Quaestt.* p. 9 sqq.); Scholiastes ad Aesch. l. l.; Hesychius Tom. I p. 350; Photius *Bibl.* Cod. CCLXI p 488 b, quiqne Photium sequitur, Anctor *Vitarum X Oratt.* p. 34 ed. Westerm. Duridis errorem multi errarunt, Plutarchi etiam aetate, ut qui pariter existimabant, ipsius fuisse Andocidis ἀνάθημα, licet contrarium inscriptio testaretur. Vid. Plut. *Alcib.* l. l. Ad quam opiuiouem firmandam multum fortasse contulit, quod a Mercurio genus dncere Andocides ferebatur; qua de re cff. Ruhnkenius, *Hist. crit. oratt.* p. L; Sluiter, *Lectt. Andoc.* I p. 7 sqq.; Sturz, *Hellan. fragm.* p. 123 sq.

LXIV.

Ol. XCI. 2.

Plutarch. *Vit. Ages.* III. Βασιλεύοντος δ' Ἄγιδος, ἧκεν ἐκ Σικελίας Ἀλκιβιάδης φυγὰς εἰς Λακεδαίμονα· καὶ χρόνον οὔπω πολὺν ἐν τῇ πόλει διάγων, αἰτίαν ἔσχε τῇ γυναικὶ τοῦ βασιλέως Τιμαίᾳ συνεῖναι. Καὶ τὸ γεννηθὲν ἐξ αὐτῆς παιδίον οὐκ ἔφη γινώσκειν ὁ Ἄγις, ἀλλ' ἐξ Ἀλκιβιάδου γεγονέναι. Τοῦτο δ' οὐ πάνυ δυσκόλως τὴν Τιμαίαν ἐνεγκεῖν φησὶ Δοῦρις, ἀλλὰ καὶ ψιθυρίζουσαν οἴκοι πρὸς τὰς εἱλωτίδας, Ἀλκιβιάδην τὸ παιδίον, οὐ Λεωτυχίδην, καλεῖν. Καὶ μέντοι καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην αὐτὸν οὐ πρὸς ὕβριν τῇ Τιμαίᾳ φάναι πλησιάζειν, ἀλλὰ φιλοτιμούμενον βασιλεύεσθαι Σπαρτιάτας ὑπὸ τῶν ἐξ ἑαυτοῦ γεγονότων. Διὰ ταῦτα μὲν δὴ τῆς Λακεδαίμονος Ἀλκιβιάδης ὑπεξῆλθε, φοβηθεὶς τὸν Ἄγιν. Ὁ δὲ παῖς τὸν μὲν ἄλλον χρόνον ὕποπτος ἦν τῷ Ἄγιδι, καὶ γνησίου τίμην οὐκ εἶχε παρ' αὐτῷ· νοσοῦντι δὲ προσπεσὼν καὶ δακρύων, ἔπεισεν υἱὸν ἀποφῆναι πολλῶν ἐναντίον. Οὐ μὴν ἀλλὰ τελευτήσαντος τοῦ Ἄγιδος, ὁ Λύσανδρος, ἤδη κατανεναυμαχηκὼς Ἀθηναίους, καὶ μέγιστον ἐν Σπάρτῃ δυνάμενος, τὸν Ἀγησίλαον ἐπὶ τὴν βασιλείαν προῆγεν, ὡς οὐ προσήκουσαν ὄντι νόθῳ τῷ Λεωτυχίδῃ.

Totam narrationem recipiendam esse putavi, quamvis incertus, an omnia Duridi debeantur. Credo tamen, si confero quae his leguntur simillima apud Athenaeum XII p. 535 C, ex Duride haud dubie petita. Adde quae exstant ibidem XIII p. 574 E, ubi comici etiam cujusdam versus in hanc Alcibiadis cum Timaea consuetudinem afferuntur. Cf. porro Plutarch. *de anim. tranq.* p. 467 (Vol. VII p.

831 ed. Reisk.), potissimum vero *Vit. Lys.* XXII et *Vit. Alcib.* XXIII, qui locus ei, qui supra est scriptus, re verbisque convenit. Rem tetigit quoque Olympiodorus in Plat. Alcib. I, Vol. II p. 153, 173 ed. Creuz. Denique operae pretium est cum nostro loco conferre Xenophontis narrationem, *Hellen.* III. 3. 1, 2. — Lacedaemonem fugit Alcibiades Ol. XCI. 2 ad finem vergente, teste Diod. Sic. XIII. 5.

Westermannus, *de fontt. hist. Dem.* p. 7 n. 18, haec ex *Samiorum Annalibus* petita esse suspicatur. Contra Sintenisio l. l. p. 195 sq., una cum iis quae Fragm. LXV de reditu narrantur Alcibiadis, pertinere videntur ad *Historias.*

LXV.

Ol. XCIII. 1.

Plutarch. *Vit. Alcib.* XXXII. Ὁ δ' Ἀλκιβιάδης, ἰδεῖν τε ποθῶν ἤδη τὰ οἴκοι, καὶ ἔτι μᾶλλον ὀφθῆναι βουλόμενος τοῖς πολίταις, νενικηκὼς τοὺς πολεμίους τοσαυτάκις, ἀνήχθη, πολλαῖς μὲν ἀσπίσι καὶ λαφύροις κύκλῳ κεκοσμημένων τῶν Ἀττικῶν τριήρων, πολλὰς δ' ἐφελκόμενος αἰχμαλώτους, ἔτι δὲ πλείω κομίζων ἀκροστόλια τῶν διεφθαρμένων ὑπ' αὐτοῦ καὶ κεκρατημένων. Ἦσαν γὰρ οὐκ ἐλάττους συναμφότεραι διακοσίων. Ἃ δὲ Δοῦρις ὁ Σάμιος, Ἀλκιβιάδου φάσκων ἀπόγονος εἶναι, προστίθησι τούτοις, αὐλεῖν μὲν εἰρεσίαν τοῖς ἐλαυνουσι Χρυσόγονον τὸν Πυθιονίκην, κελεύειν δὲ Καλλιππίδην, τὸν τῶν τραγῳδιῶν ὑποκριτὴν, στατοὺς καὶ ξυστίδας καὶ τὸν ἄλλον ἐναγώνιον ἀμπεχόμενους κόσμον, ἱστίῳ δ' ἁλουργῷ τὴν ναυαρχίδα προσφέρεσθαι τοῖς λιμέσιν, ὥσπερ ἐκ μέθης ἐπικωμάζοντος, οὔτε Θεόπομπος,

οὔτ' Ἔφορος, οὔτε Ξενοφῶν γέγραφεν· οὔτ' εἶκος ἦν, οὕτως ἐντρυφῆσαι τοῖς Ἀθηναίοις, μετὰ φυγὴν καὶ συμφορὰς τοσαύτας κατερχόμενον.

De hoc Alcibiadis reditu brevius exponunt Xenophon, *Hellen.* I. 4. 12, 13; Justin. V. 4; Nepos, *Vit. Alcib.* V. 7, VI. 1—4, pauloque enucleatius Diod. Sic. XIII. 68 et in primis Athenaeus XII p. 535 C. D, quorum ille quidem ex Duride sua sumpsisse videtur. Diodorus: Εἶχε *πολλὴν κατάπληξιν*, inquit, *τῶν στρατηγῶν ὁ κατάπλους. Ἦγον γὰρ τῶν ἡλωκυιῶν νεῶν οὐκ ἐλάττους διακοσίων, αἰχμαλώτων δὲ ἀνδρῶν καὶ λαφύρων πλῆθος. Εἶχον δὲ τὰς ἰδίας τριήρεις ὅπλοις ἐπιχρύσοις καὶ στεφάνοις, ἔτι δὲ λαφύροις καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐπιμελῶς κεκοσμημένας.* Athenaei autem haec sunt de Alcibiade verba: Κατ*ιὼν τε μετὰ ταῦτα εἰς τὴν πατρίδα, ἐστεφάνωσε τὰς Ἀττικὰς τριήρεις θάλλῳ καὶ μίτραις καὶ ταινίαις·* (hucusque haec repetit Eustathius ad *Iliad.* Π. p. 1068) *καὶ ἀναψάμενος τὰς αἰχμαλώτους ναῦς ἠκρωτηριασμένας εἰς διακοσίας, ἱππαγωγούς τε ἄγων σκύλων καὶ ὅπλων Λακωνικῶν καὶ Πελοποννησιακῶν μεστὰς, εἰσέπλει. Ἡ δὲ τριήρης, ἐφ' ἧς αὐτὸς κατέπλει, μέχρι μὲν τῶν κλεῖθρων τοῦ Πειραιέως προέτρεχεν ἁλουργοῖς ἱστίοις· ὡς δὲ ἐντὸς ἦν καὶ τὰς κώπας ἔλαβον οἱ ἐρέται, Χρυσόγονος μὲν ηὔλει τὸ τριηρικὸν, ἐνδεδυκὼς τὴν Πυθικὴν στολήν· Καλλιππίδης δ' ὁ τραγῳδὸς ἐκέλευε, τὴν ἐπὶ τῆς σκηνῆς στολὴν ἠμφιεσμένος.*

ἀκροστόλια. Uti *κορωνίδες*, ita *ἀκροστόλια* ornamenta dicebantur in extrema navium parte. Ἀκροστόλιον sic describit Eusthath. ad *Iliad.* O p. 1039: Ἀκροστόλιον *δέ φασι τὸ ἀπὸ τῆς πτυχῆς ἀνατεῖνον ξύλον ἐπὶ τὴν πρῷραν. — Πτυχὴ δέ ἐστιν, ὅπου οἵ τε ὀφθαλμοὶ ζωγραφοῦνται καὶ τὸ τῆς νεὼς ὄνομα ἐπιγράφεται.* Cff. Pol-

lux I. 56, quosque laudat Enschedé, *disp. de tut. et insign. nav.*, *Opusc.* Ruhnk. p. 446 sqq. Haec igitur ornamenta Alcibiades victor detracta captivis navibus (quas ideo ἠκρωτηριασμένας vocat Athenaeus) secum Athenas advexit, de more veterum in ejusmodi pompis triumphalibus, ut videtur, constanti. Exemplum alterum vide apud Xenophontem, *Hellen.* III. 3. 8. Cff. Enschedé l. l. p. 448 sq., qui ἀκροστόλια sive κόρυμβα, tanquam victoriae monumentum, docet in Deorum templis fuisse affixa; Bayfius, *de re nav.* p 616 C. D. (*Thes. Gronov.* Vol. XI) et Baehrius ad Duridis ap Plut. locum p. 229 sq. Συναμφότεραι autem, i. e. depressae naves et captivae, numero erant non minores *ducentis*, ut Plutarchus scribit; cui Diodorus et Athenaeus in ducentarum quidem numero consentiunt, sed quas ille partim dicit depressas, partim vero captas, hi et captas esse omnes asserunt et Athenas adductas Cujus rei causa Plutarchum incuriae insimulat Wiggers, *de Nep. Alcib. Quaestt.* p. 41; sed immerito, opinor. Spartanis *ducentas* naves ablatas esse narrat quoque Justinus, narrat Nepos; has vero ad unam omnes integras Athenas pervenisse, non est probabile; imo plurimae videntur eum in modum fuisse mutilatae, ut Alcibiades domum rediens satis haberet acrostolia iis detrahere et una cum cetera praeda in patriam deportare.

Ἃ δὲ Δοῦρις ὁ Σάμιος κ τ. λ. De fide hujus traditionis disputatum est p 47 sqq.

αὐλεῖν μὲν εἰρεσίαν. Athenaeus: ηὔλει τὸ τριηρικόν. De carmine hoc, quo remiges adhortabantur, vide quem Baehrius laudat Schefferum, *de milit. nav. vett.* III p. 929 E. Chrysogoni tibicinis, ἀνδρὸς ἐνδόξου, meminit Athenaeus XIV p. 648 D, ubi sub Epicharmi nomine versus quosdam edidisse narratur; qua de re cons. Mahne, *diatr.*

de Aristoxeno p. 124 sq. Chrysogoni pater commemoratur ab Athen. VIII p. 350 E. Ut Πυθιονίκης ille dicitur ἐνδεδυκὼς τὴν Πυθικὴν στολήν. Videtur enim iis, qui in magnis Graeciae ludis victoriam reportaverant, hoc quasi privilegium fuisse concessum, ut festis diebus et sollemnibus in pompis exquisitioribus et splendidis adeo vestimentis uterentur. Ita Scholiastes Aristoph. *Nubb.* 71: Μέχρι νῦν, inquit, οἱ εἰσελαύνοντες ἀθληταὶ τοιούτῳ κοσμηθέντες σχήματι (πορφυρίδι) καὶ ἅρματος ἐπιβάντες διὰ μέσης πομπεύουσι τῆς πόλεως. Cf. Krause, *Olympia* p. 196 n. 4, p. 201 n. 9.

κελεύειν δὲ Καλλιππ. Prout apud Athenaeum est, apud Harpocrat. v. Λάρκος p. 119, aliosque, scripsi Καλλιππίδην pro Καλλιπίδην, quod vulgo legitur, ut in Xenoph. *Symp.* III. 11 dudum correxit Schneiderus. Forma enim patronymica esse videtur nominis Κάλλιππος, ut Φιλιππίδης a Φίλιππος, alia, de quibus vid. Sturzius, *Opusc.* p. 25. Fuit autem Callippides tragoedus unus in paucis nobilissimus, ὄνομα καὶ δόξαν ἔχων ἐν τοῖς Ἕλλησι, καὶ σπουδαζόμενος ὑπὸ πάντων, ut ait Plutarchus, *Lac. Apophth.* p. 212 (ed. R. Vol. VI p. 798). Ol. XCVI. 4 in Asia degentem commemorat Polyaenus, *Strateg.* VI. 10. Veterum locos de eo congesserunt Hemsterhusius, *Anecd.* ed. Geel p. 209, Schneiderus l. l. p. 173 et Wyttenbachius ad Plut. l. l. Ceterum munera κελευστῇ imposita ex Scheffero aliisque explicat Baehrius p. 230 sq. Quibus addatur Piersonus, *Verisim.* p. 185 sq. et Becker, *Charikl.* II p. 59 sq. Unum hic afferam, qui multorum est instar, locum ex Longi *Pastor.* III. 24: Εἷς μὲν αὐτοῖς κελευστὴς ναυτικὰς ᾖδεν ᾠδάς, οἱ δὲ λοιποὶ καθάπερ χορὸς ὁμοφώνως κατὰ καιρὸν τῆς ἐκείνου φωνῆς ἐβόων. Cf. Schol. ad Lucian. *Catapl.* XIX.

στατούς. Στατοὶ tunicae erant longiores, rectae, nec cingula adstrictae. Vid. Pollux, *Onom.* VII. 48, coll. Baehrii nota l. l. p. 232. Ξύστις quale fuerit vestimenti genus, expositum est ad Fragm. XXXIII p. 115 sq. Ut igitur Pythica stola ornatus Chrysogonus tibicen cum modulatione tibiaque remigibus canebat, ita tragoedus Callippides, cultum indutus scenicum (τὴν ἐπὶ τῆς σκηνῆς στολὴν, ut ait l. l. Athenaeus), portisculo assaque voce remigium moderabatur.

Denique hic Alcibiadis reditus in ipsum incidit diem, quo Plynteria Athenis agebantur, Θαργηλιῶνος ἕκτῃ φθίνοντος, sexto m. Junii die, Ol. XCIII. 1, ut referunt Xenophon l. l. 12 et Plutarch. XXXIV. Cf. Baehrius p. 243.

LXVI.

Ol. XCIV. 1.

Plutarch. *Vit. Lys.* XVIII. Πρώτῳ μὲν, ὡς ἱστορεῖ Δοῦρις, Ἑλλήνων ἐκείνῳ (Λυσάνδρῳ) βωμοὺς αἱ πόλεις ἀνέστησαν, ὡς θεῷ, καὶ θυσίας ἔθυσαν· εἰς δὲ πρῶτον παιᾶνες ᾔσθησαν, ὧν ἑνὸς ἀρχὴν ἀπομνημονεύουσι τοιάνδε·

Ἑλλάδος ἀγαθέας στραταγὸν,
τὸν ἀπ᾽ εὐρυχόρου Σπάρτας ὑμνήσομεν. ὢ ἰὴ παιάν.

Σάμιοι δὲ τὰ παρ᾽ αὐτοῖς Ἡραῖα Λυσάνδρια καλεῖν ἐψηφίσαντο. Τῶν δὲ ποιητῶν Χοίριλον μὲν ἀεὶ περὶ αὐτὸν εἶχεν, ὡς κοσμήσοντα τὰς πράξεις διὰ ποιητικῆς. Ἀντιλόχῳ δὲ ποιήσαντι μετρίους τινὰς εἰς αὐτὸν στίχους, ἡσθεὶς ἔδωκε πλήσας ἀργυρίου τὸν πῖλον. Ἀντιμάχου δὲ τοῦ Κολοφωνίου καὶ Νικηράτου τινὸς Ἡρακλεώτου ποιήμασι Λυσάνδρια διαγωνισαμένων ἐπ᾽ αὐτῷ, τὸν Νι-

κήρατον ἐστεφάνωσεν. Ὁ δ' Ἀντίμαχος ἀχθεσθεὶς ἠφάνισε τὸ ποίημα. Πλάτων δὲ, νέος ὢν τότε, καὶ θαυμάζων τὸν Ἀντίμαχον ἐπὶ τῇ ποιητικῇ, βαρέως φέροντα τὴν ἧτταν ἀνελάμβανε καὶ παρεμυθεῖτο, τοῖς ἀγνοοῦσι κακὸν εἶναι φάμενος τὴν ἄγνοιαν, ὥσπερ τὴν τυφλότητα τοῖς μὴ βλέπουσιν.

Athenis ad summas angustias redactis, Samum Lysander cum classe petiit, eamque insulam brevi post ad Lacedaemoniorum imperium adjunxit, Ol. XCIV. 1. Vide Plutarch. l. l. XIV; Xenoph. *Hell.* II. 3. 3, 6, 7; Diod. Sic. XIII. 106, XIV. 3. Tum vero Samii, optimatium fortasse impulsu, nullis parcere honoribus, quibus gratiam sibi Lysandri conciliarent, divinis adeo illum afficere honoribus studuerunt. Cf. Panofka, *Res Sam.* p. 73 sq.

παιᾶνες. De Paeanibus in mortalium honorem cantatis cons. Bode, *Gesch. d. Hell. Dichtk.*, Vol. II P. I p. 75 sq. Simili assentatione, multis annis post, Athenienses Demetrium Poliorcetam coluerunt, quem inter alia ejus generis plurima tum Ithyphallo (Fragm. XXXII), tum vero etiam paeanibus, Dei instar, celebrarunt. Vid. Athen. VI p. 253 A. B, XV p. 697 A. Ad Plutarchi locum spectant quae l. c. p. 696 E refert Athenaeus, spectare item videntur, qnae exstant in *Etymol. M.* p. 469, 45 (Fragm. LXVII). Illa quum contineant nihil, propter quod locus iis peculiaris in Fragmentis assignandus est, hic adscribere praestat.

> Οὐκ ἔχει δ' οὐδὲ τὸ παιανικὸν ἐπίῤῥημα, καθάπερ ὁ εἰς Λύσανδρον τὸν Σπαρτιάτην γραφεὶς ὄντως παιὰν, ὅν φησι Δοῦρις ἐν τοῖς Σαμίων ἐπιγραφομένοις Ὥροις ᾄδεσθαι ἐν Σάμῳ.

Ceterum, exordium paeanis exhibui secundum Naekii emendationem, propositam in *diss. de Choerilo Sam.* p.

46. De auctore carminis nihil constat. Choerilo quidem id tribuere propter silentium Plutarchi non ausim. Eum enim in comitatu habuit Lysander, ὡς κοσμήσοντα τὰς πράξεις διὰ ποιητικῆς, nec vero ὡς κοσμήσαντα.

Ἡραῖα. De bis cf. Fragm. XLVIII. De Lysandriis haec pauca notavit Hesychius, Tom. II p. 512: Λυσάνδρια, πανήγυρις. — ἤγοντο δὲ ἐν αὐτῇ ἀγῶνες καὶ θυσίαι. Cf. Photius λεξ. συναγ. p. 236, 23. Sub idem tempus, ut videtur, Samii Lysandro statuam Olympiae posuerunt, epigrammate ornatam. Narrat Pausanias VI. 3. 6.

Χοίριλον. Totus hic Plutarchi locus ut pertinet ad Lysandri commorationem in Samo insula, ita Duridi est auctori vindicandus. Certe quae de Platone, Antimachi poëtae studiosissimo, extrema hujus loci parte proferuntur, eo minus recipere dubitavi, quo magis Procli verba (Fragm. LXVIII) innuunt, re vera de eo studio Duridem memoriae prodidisse. — De Choerilo autem qui Naekii disputationem noverit, is a me nihil exspectabit novi. *Samius* fuit, poëta epicus, beneque adeo distinguendus a Choerilo *tragico*, qui Athenas habuit patriam et certare coepit Ol. LXIV (Naekius l. l. p. 1—13); distinguendus item a *Jasensi*, Alexandri M. comite (id. p. 37—45); tandem a Choerilo *comico*, Ecphantidae filio (id. p. 51—58). Samium Choerilum, quem Lysander secum in Asiam duxit, natum fuisse c. Ol. LXXVII. 1, probabilis admodum est Naekii conjectura p. 21—29. — Denique, ne hoc praeteream, quod ante Choerili nomen apud Plutarchum scribitur vocabulum ποιητῶν, pro eo alii legere πολιτῶν malunt. Sed utraque lectio stare potest. Alteram praefert recteque explicat Naekius l. l. p. 48.

Ἀντιλόχῳ. Mediocris hujus poëtae notitiam huic uni debemus loco. Ejusdem nominis qui memoratur histori-

cus aetate longe fuit inferior. Cf. Vossius *H. G.* p. 391.

Ἀντιμάχου — Νικηράτου. Nicerati Marcellinus *Vit. Thucyd.* 30 (ap. Goeller. in edit. Thuc. I p. 66) ex Praxiphane meminit; sed parvi sunt quae profert. Ἐποποιὸν dicit et aequalem Choerili aliorumque. Istud τινὸς a Plutarcho additum evidentissime arguit, ut cetera narratio tota, quid de ejus poësi judicandum sit. Uno praeterea loco, quem mihi Naekius indicavit (p. 31), Aristoteles eum commemorat, *Rhetor.* III. 11, ἡττημένον ὑπὸ Πράτυος ῥαψῳδοῦντα, κομῶντα δὲ καὶ αὐχμηρὸν ἔτι. Contra Antimachus poëta censetur unus in paucis praestantissimus, ut adeo juxta Homerum, Hesiodum, Pisandrum et Panyasidem in classem epicorum poëtarum olim receptus fuerit. Ejus cum Nicerato certamen, de quo h. l. agitur, initum esse quo tempore Lysander cum Agesilao in Asia rem gereret, conjicit Naekius p. 50. Sed non persuadet. Λυσάνδρια enim quis alibi potius celebrata fuisse credat, quam in ipsa Samo? Illud igitur certamen, in quo Niceratus palmam Antimacho praeripuit, non ad seriora tempora referam, sed ad festorum institutionem, Lysandro coram domi a Samiis actorum; quod ut declararet Plutarchus addidit ἐπ' αὐτῷ. — Cum reliquis quae ad Platonem spectant, tum natum annos fere viginti quinque, cf. Fragm. LXVIII.

LXVII.

Etymol. M. p. 469, 45. Ἰήϊος δὲ ὁ Ἀπόλλων λέγεται, ὡς μὲν Δοῦρις, ὅτι ἐν ἀγκάλαις βαστάσασα τὸν ἥλιον, ἡ Λητὼ ἐνεκελεύσατο εἰποῦσα· Ἰήϊε παιήον.

Haec ut ad *Annales* pertinere putem, facit nexus vo-

cabuli ἰήϊος, de quo h. l. sermo est, et dictionis ἰὴ παιὰν, ad quod Fragm. LXVI apud Athenaenm respicitnr. Nam, ut Eustathius ait ad *Iliad.* O p. 1020, δοκεῖ τὸ ἰήϊος καὶ ἀπὸ τοῦ ἰὴ γίνεσθαι, ὅπερ ἐστὶν ἐπιφώνημα λαλούμενον ἐν τόποις, ὅπου τὸ θεῖον τιμᾶται, ὡς δῆλον καὶ ἐκ τοῦ· ἰὴ παιάν. De origine et significatione vocabuli ἰήϊος alii aliter statuerunt. Vidd. Plutarch. *de* Ει *ap. Delph.* p. 393 (Opp. Vol. VII p. 545 ed. R.); Eustath. ad *Iliad.* P p. 1109, Υ p. 1201; *Etymol. M.* l. l. et v. Ἰάλεμος p. 463, 18; Hesych. Tom. II p. 31; Apollon. *Lexic.* s. v. p. 359; Suid. Tom. II p. 104. Ab occiso Pythone repetit Callimachus, *Hymn. in Apoll.* 97 sqq. Cf. ibi Spanhem. p. 92, 143 sq., in primis Bode l. l. Vol. II P. I p. 9 sqq. Duridis explicatio mirifice congruit cum sententia Clearchi Solensis ap. Athen. XV p. 701 C, magnam certe inde lucem capit. Scripsit igitur Clearchus, τὴν Λητὼ, ἐκ Χαλκίδος τῆς Εὐβοίας ἀνακομίζουσαν εἰς Δελφοὺς Ἀπόλλωνα καὶ Ἄρτεμιν, γενέσθαι παρὰ τὸ τοῦ κληθέντος Πύθωνος σπήλαιον. Καὶ φερομένου τοῦ Πύθωνος ἐπ᾽ αὐτοὺς, ἡ Λητὼ, τῶν παίδων τὸν ἕτερον ἐν ἀγκάλαις ἔχουσα, προσβᾶσα τῷ λίθῳ τῷ νῦν ἔτι κειμένῳ ὑπὸ τῷ ποδὶ τῆς χαλκῆς εἰργασμένης Λητοῦς, — εἶπεν· Ἵε παῖ. Τυχεῖν δὲ τόξα μετὰ χεῖρας ἔχοντα τὸν Ἀπόλλωνα. — Διόπερ ἀπὸ τούτου λεχθῆναί φασι τό· Ἵε παῖ, καὶ· Ἵε παιών.

LXVIII.

Proclus ad Plat. *Tim.* I p. 28 med. Ἡρακλείδης γοῦν ὁ Ποντικός φησιν, ὅτι τῶν Χοιρίλου (vulgo χοιρίλλου) τότε εὐδοκιμούντων, Πλάτων τὰ Ἀντιμάχου προὐτίμησε, καὶ αὐτὸν ἔπεισε τὸν Ἡρακλείδην εἰς Κολοφῶνα

ἐλθόντα τὰ ποιήματα συλλέξαι τοῦ ἀνδρός. Μάτην οὖν φληναφοῦσι Καλλίμαχος καὶ Δοῦρις, ὡς Πλάτωνος οὐκ ὄντος ἱκάνου κρίνειν ποιητάς.

Respexerunt, ut quidem videtur, Callimachus et Duris ad judicium illud Platonis, in libris *de Republica* latum, quo poëtas tantum non omnes e civitate expellendos censuit. Atqui Plato id potissimum in eo opere egit, ut mores optimos et optimum rei publicae statum exquireret; quibus quum poëtas vel maxime nocere intelligeret, Homerum ceterosque ferme omnes ut pessimos morum magistros rejecit. Cf. Cic. *Tusc.* II. 11. 27. Verissime igitur, Platonis causa suscepta, monet Bodius, l. saepius l., Vol. III p. 44 sq.: « *Die Hellenen, welche ihren grossen Dichter, namentlich Homeros, als Bildner des Volks hoch hielten, und fortwährend in den Schulen lesen liessen, bezweifelten Plato's Fähigkeit über Dichter zu richten, ohne zu bedenken, dass die Strenge seines Urtheils vom Mittelpunkte seines philosophischen Systems aus unumgänglich nothwendig war.*"

LXIX.

Zenob. *Prov.* II. 28 p. 40. *Ἀττικὸς πάροικος. Δοῦρις [καὶ] περὶ αὐτῆς λέγει, ὅτι ἐπειδὴ Ἀθηναῖοι τοὺς περιοικοῦντας αὐτοῖς καὶ γειτνιῶντας ἐξέβαλον, ἡ παροιμία ἐκράτησε.*

Excerpsit haec, sed tacito auctoris nomine, Pseudo-Plutarchus *Prov.* I. 59 p. 330. Utitur proverbio Aristoteles, *Rhet.* II. 21. 12. Aliam explicationem probavit deditque Craterus, ex qua colligo, Duridem in *Annalibus* proverbium tetigisse. Sic enim Craterus accepit, quasi natum sit ex Cleruchia, Samum olim, fortasse Ol.

CVII. 1, missa. Ἀττικοὶ γὰρ μεταπεμφθέντες εἰς Σάμον κἀκεῖ κατοικήσαντες τοὺς ἐγχωρίους ἐξέωσαν. Vid. Zenob. l. l. De qua Cleruchia lege Aeschin. *c. Tim.* p. 8 ed. Steph. ibique Schol.; Strab. XIV p. 946 A; Diog. Laërt. X. 1. 1; Heracl. Pont. *Rerump. fragm.* X p. 12. Cf. supra p. 8.

LXX.

Steph. Byz. p. 94. Γοργύρα, τόπος ἐν Σάμῳ, ὡς ἱστορεῖ Δοῦρις, ἐν ᾧ Διόνυσος Γοργυρεὺς τιμᾶται.

Γοργύρα scripsi et Γοργυρεὺς pro Γόργυια et Γορκυιεὺς, quo me adduxit similis *Etymologi M.* locus, ubi p. 238, 40 sic dicitur: Γόργυρος, ὁ Διόνυσος, ἀπὸ Γοργύρας, τόπου τῆς Σάμου. Γοργύρα autem interpretatur Harpocration s. v. p. 50 τὸ κατὰ γῆς ὄρυγμα, quod verbotenus recepit Suidas Tom. I p. 493. Idem Suidas γοργύρη (ut nunc recte legitur) reddit δεσμωτήριον ὑπόγειον, quo sensu, ut indicat Harpocration, usurpatur etiam ab Herod. III. 145. Ita qnoque γοργύρα explicatur a Polluce IX. 45, (cf. *Etym. M.* s. v. p. 238, 41) qui usos hac voce Iones esse affirmat, quamquam eam apud Aeschinem et Dinarchum legit Harpocration. Eustathius vero ad Hom. *Odyss.* Λ p. 1688 Ionibus γοργύρη tribuit. Dixerunt item γεργύρα. Vid. *Etym. M.* s. v. p. 228, 35. Cff. porro de vocis usu Eustathius et Auctor *Etym. M.* l. l. Re igitur cognomen Γοργυρεὺς non diversum fuit ab alio Dionysi cognomine χθόνιος, quod cum Cerere et Proserpina commune habuit. Cons. Bodo l. l. Vol. I p. 157 sq. Ceterum Sami pluribus nominibus Bacchum cultum fuisse, ostendit Panofka, *Res Sam.* p. 64.

IV.

ΠΕΡΙ ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΚΑΙ ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ.

LXXI.

Athen. IV p. 184 D. Δοῦρις δ', ἐν τῷ Περὶ Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους, Ἀλκιβιάδην φησὶ μαθεῖν τὴν αὐλητικὴν οὐ παρὰ τοῦ τυχόντος, ἀλλὰ Προνόμου, τοῦ μεγίστην ἐσχηκότος δόξαν.

Ἀλκιβιάδην. Ex Plutarcho, *Vit. Alcib.* II, et Platone, *Alcib.* I p. 106 E, ad quem Olympiodorus respicit *Vit. Plat.* p. 584, constat, Alcibiadem didicisse quidem literas et pulsare citharam et luctari, sed tibiae cantum tanquam libero homine indignum discere noluisse, aliosque ab eo studio avertisse; de qua antiquitatis opinione verbo monet Suidas v. Ἀράβιον ἄρ' ἐγὼ, Tom. I p. 307. Cf. den Tex, *de vi musices e sent. Plat.* p. 127 sq. Eaque Plutarchi narratio egregie congruit cum iis quae de abolito usu tibiarum Athenis Aristoteles tradit *Polit.* VIII. 6. 7, ubi cf. Schneid. p. 464.

Προνόμου. Pronomus ille Thebanus, inter nobilissimos tibicines habitus, primus ηὔλησεν ἀπὸ τῶν αὐλῶν τὰς ἁρμονίας, ut Athen. XIV p. 631 E et fusius etiam Pausanias docet IX. 12. 4. Ejus μέλη Thebani magni aestimantes cecinerunt, quum Epaminondae aetate moenia urbemque reficerent. Tradit Pausan. IV. 27. 4. Prolixa barba conspicuum risit Aristophanes *Eccles.* 102, ubi vide Scholiastam, a Suida exscriptum s. v. Tom. III p.

190, coll. Tom. I p. 42 v. 'Αγόριος. Cf. de eo Bode l. l. Vol. II P. II p. 192, 236, 351. Hic igitur Pronomus fortasse quidem, datus praeceptor Alcibiadi fuit sed mox a generoso adolescente, τὸ βάναυσον artis exosus, repudiatus. Repugnat vero Gellius, *N. A.* XV. 17, qui ex Pamphilae commentario Antigenidam tibicinem Alcibiadi praeceptorem fuisse docet.

Liber Περὶ Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους quum non diversus fuisse videatur a commentario Περὶ Τραγῳδίας (cf. p. 33 sq.), unicum jam sequatur quod hoc exstat titulo Fragmentum.

ΠΕΡΙ ΤΡΑΓΩΙΔΙΑΣ.

LXXII.

Athen. XIV p. 636 F. Δοῦρις δ', ἐν τῷ Περὶ Τραγῳδίας, ὠνομάσθαι φησὶ τὴν μάγαδιν ἀπὸ Μάγδιος, Θρακὸς γένος.

Magadin non Graecae, sed peregrinae originis instrumentum habuit quoque Aristoxenus, teste Athenaeo IV p. 182 F. Cf. Mahne, *diatr. de Aristox.* p. 133 sq. Disertius vero hac de re exponit Strabo X p. 722 A. B. 'Απὸ δὲ τοῦ μέλους, inquit, καὶ τοῦ ῥυθμοῦ, καὶ τῶν ὀργάνων, καὶ ἡ μουσικὴ πᾶσα Θρακία καὶ 'Ασιάτις νενόμισται. — οἵ τ' ἐπιμεληθέντες τῆς ἀρχαίας μουσικῆς Θρᾷκες λέγονται· — καὶ τῶν ὀργάνων ἔνια βαρβάρως ὠνόμασται· νάβλα, καὶ σαμβύκη, ἡ καὶ βάρβιτος, καὶ μαγάδες, καὶ ἄλλα πλείω. Thracibus inventoribus Cantharus quoque magadin tribuit, ut Pollux affirmat IV. 61. Cithara autem fuerit an tibia, dubitant veteres ipsi. Vidd. Athenaeus l. l. et XIV p. 634 C sqq.; Photius, λεξ. συν-

αγ. s. v. p. 239, 15; Pollux l. l.; Hesych. Tom. II p. 519 v. Μαγάδεις; Eustath. ad *Iliad.* Σ p. 1157. Cff. Bulenger *de Theatro* II. 26 p. 1030 F, 1031 A (*Thes. Graev.* Tom. IX.) et Spanhemius ad Callim. *Hymn. in Dian.* 245 p. 347, *in Del.* 253 p. 538, qui probat, instrumentum fuisse multis tensum chordis, et quidem ad tibiae modos. Quaedam huc pertinentia notavit quoque Dissenius ad Pind. *Fragm.* Sect. II p. 646. In primis vero legantur quae disputat Bode l. l. Vol. II P. I p. 188 sqq. — A Magadi vocabulum ortum est μαγαδίζειν (Athen. XIV p. 635 A), ut μαγάζειν (Hesych. l. l. cf. Erasm. *Adag.* p. 350) a μαγὰς, qui dicebatur σανὶς τετράγωνος ὑποκύφος, δεχομένη τῆς κιθάρας τὰς νευρὰς καὶ ἀποτελοῦσα τὸν φθόγγον, quae Hesychii verba sunt l. l. p. 520. Eadem fere Photius s. v. p. 239, 21 et Suidas habent, Tom. II p. 477. Denique μαγάδιον appellabatur τὸ ξυλίδιον, ᾧ ἐπαναπαύονται αἱ χορδαὶ, ut est in *Anecd. Graec.* ed. Bachm. Vol. II p. 339, 4. Cf. Bulenger II. 39 p. 1048 E. F.

V.

ΠΕΡΙ ΝΟΜΩΝ.

LXXIII.

Etymolog. M. p. 460, 49. Θώραξ. — Δοῦρις ὁ Σάμιος ἐν τῷ Περὶ Νόμων φησὶν, ὅτι Διόνυσος, ἐπιστρατεύσας Ἰνδοῖς, καὶ μὴ δυνάμενος αὐτοὺς χειρώσασθαι, κρατῆρα οἴνου πληρώσας πρὸ τῆς χώρας αὐτῶν

ἔθηκεν· οἱ δὲ, ἐμφορηθέντες τοῦ πόματος, ἀσυνήθεις ὄντες, οὕτως ἐχειρώθησαν μεθυσθέντες. Ὅθεν οἱ ποιηταὶ τὸ μεθύειν θωρήσσεσθαι λέγουσιν.

μεθυσθέντες. Indos, a Libero Patre domitos, tum alia a Deo accepisse, tum vini didicisse usum, ex Megasthene refert Arrianus, *Hist. Ind.* VII. Cf. Baehr, *Ctes. opp. rell.* p. 338, ubi vitem re vera in India cultam fuisse e veterum scriptis comprobat. Eodem Megasthene auctore, Indi ad Alexandri usque tempora in Dei honorem nutrire comam, mitram gerere unguentisque uti solebant, et cum cymbalis tympanisque inire proelia. Vid. Arrian. l. l. V. Cf. Strabo XV p. 1008 C. Sed inebriando snbactos esse a Baccho narrat Polyaenus I. 1, fuseque Nonnus, *Dionys.* XIV extr. XV init. Deum enim, aggressum Indos, sanguinem quo repletus esset fluvius convertisse in vinnm, quo hausto ebrios Indos obdormivisse facileque a Deo esse domitos. Similiter Arabes vino subegisse Bacchus credebatur. Vid. Damascius ap. Phot. *Bibl.* Cod. CCXLII p. 348, 13 a.

θωρήσσεσθαι. Ab Homero *Iliad.* B. 11, et alibi quoque, θωρήσσεσθαι pro καθοπλίζεσθαι semper ponitur. Vid. ad eum locum Eustath. p. 166 et Apollon. *Lexic.* s. v. p. 355. Atque ita vocabulum explicat Hesychius Tom. I p. 1756. *Bibendi* significatione eo utitur Aristoph. *Pac.* 1285, ubi cf. Scholiast. Longe vero enucleatius ejus usnm exponit Scholiast. ad *Acharn.* 1132: Θωρήξασθαί ἐστι τὸ καθοπλισθῆναι, ἀλλὰ καὶ τὸ πίνειν καὶ μεθύειν οὕτω καλοῦσιν, ἐπειδὴ θώραξ καὶ τὸ στῆθος. Διὰ τὸ θερμαίνειν οὖν τὸ στῆθος, θωρήσσειν λέγουσι τὸ μεθύειν, καὶ θώρακας τοὺς ἀκρομεθύσους ἐκάλουν. Κέχρηται δὲ τῇ λέξει καὶ Ἀνακρέων· ἔστι δὲ Ἀττική. Cff. Scholia ad *Vespp.* 1190

et, qui sua ex utroque loco conflavit, Suidas s. v. Tom. II p. 202. Quod quum palam sit non intelligo, quare apud hunc Kusterus Ἀνακρέων mutandum in Ἀριστοφάνης censuerit: Anacreontem enim laudat Scholiastes.

LXXIV.

Scholiast. Plat. *Hipp. Major.* p. 293 A. Βάλλ' ἐς Μακαρίαν. — Ἡρακλέους θυγάτηρ, Μακαρία τοὔνομα, ἣν λόγος κατὰ τὴν Εὐρυσθέως στρατείαν ἐπὶ τὰς Ἀθήνας αὐτοκέλευστον ἑαυτὴν ὑπὲρ τῆς πόλεως εἰς σφαγὴν ἐπιδοῦναι. Τοὺς οὖν Ἀθηναίους κατὰ τιμὴν τῆς παιδὸς, βάλλοντας αὐτὴν ἄνθεσι καὶ στεφάνοις, παρακελεύεσθαι τοῖς ἄλλοις· Βάλλ' εἰς Μακαρίαν. Ὡς τὴν παροιμίαν παρελθεῖν καὶ ἐπὶ τῶν προθυμουμένων τι· αὖθις δὲ καταχρηστικῶς καὶ ἐπὶ πάσης ἀφοσιώσεως. Δοῦρις δέ φησιν, ὅτι αὐτὴ τὴν πυρὰν τοῦ πατρὸς κατέσβεσεν· καὶ ἐξ ἐκείνου παρὰ Μακεδόσι νενόμισται, τὰς θυγατέρας τῶν κηδευομένων, οἷς ἂν ὦσι παῖδες, τὸ αὐτὸ πράττειν ἐπὶ τοῖς πατράσιν.

Priorem scholii partem ex Cod. Ms. exhibet Creuzerus, *Melett.* I p. 116, unde nostro loco post προθυμουμένων τι addi jubet ποιεῖν. Praeterea originem proverbii et usum fusius explicat Zenobius, *Prov.* II. 61 p. 48 sq., quocum confer Schol. Aristoph. *Equitt.* 1148; Apostol. *Prov.* V. 36 p. 56; *Prov. Cod. Bodl.* 256 p. 26; *Cod. Coisl.* 45 p. 125; Hesych. s. v. Tom. I p. 685 sq.; Suid. s. v. Tom. I p. 413, v. Μακαρία Tom. II p. 482; Eudociam p. 76; Timaeum, *Lex. Plat.* p. 50 sq., ubi plures veterum locos excitat Ruhnken. Cff. etiam Erasmus, *Adag.* p. 374 sq. et quos ad Zenobium laudat Schneidewinus. Alii ex Macariae facinore supra scripto proverbium

natum existimarunt; alii a palude derivarunt in Marathone, in qua prae viarum ignoratione magna interiisset Persarum vis, ut Pausanias narrat I. 32. 5, 6; alii vero, quae probabilior est sententia, a Macaria, loco in inferis, ut Βάλλ' ἐς Μακαρίαν dixerint κατ' εὐφημισμὸν pro Βάλλ' εἰς ᾄδου, Βάλλ' εἰς ὄλεθρον, Βάλλ' ἐς κόρακας. Cf. Schol. Aristoph. *Plut.* 782. Μακαρίτας enim vocarunt nuper mortuos. Vidd. Photius, λεξ. συναγ. p. 242; Suidas v. Μακαρία et Μακαρίτας, Tom. II p. 482 sq.; Timaei *Lex.* l. l., collata in primis Ruhnkenii nota p. 51; Hesychius s. v. Tom. II p. 527.

Quod ad Duridis narrationem, (quam *Macedonicis* adscripsit Westermannus p. 132 n. 20 ad Voss. *H. G.*, equidem ex vocabulo maxime νενόμισται ad librum Περὶ Νόμων pertinuisse dixerim,) nemo veterum, quotcunque mihi videre contigit, vel de isto Macariae facinore, vel de Macedonicarum puellarum more quidquam mandavit memoriae. Πυρὰν exstruxit Hercules in summo montis Oetae cacumine, ibique interiit πυρὸς δεινᾷ φλογὶ σῶμα διαισθεὶς, ut ait Chorus in Euripidis *Heracl.* 916 sq. Cff. Apollod. *Bibl.* II. 7. 7, unde hausit Zenobius, *Prov.* I. 33 p. 13; Diod. Sic. IV. 38; Seneca, *Herc. Oet.* 1618 sqq.; Eudocia p. 213. Praeivit his Sophocles, *Trachin.* 1193 sqq. Locus in Oeta, quo crematus est Hercules, Πυρὰν deinde nominarunt. Vide Spanhem. ad Callim. *Hymn. in Dian.* 159 p. 285 et Hemsterh. ad Lucian. *Timon.* VI, Vol. I p. 112. — Aliquamdiu post obitum patris immolata est Macaria Proserpinae Deae. Constat ex Euripidis *Heraclidis*; sed cf. omnino Piersonus, *Verisim.* IV p. 177 sqq.

VI.

ΠΕΡΙ ΑΓΩΝΩΝ.

LXXV.

Tzetzes ad Lyc. 613 p. 69. *Τύμβον καλεῖ τὸν τάφον. Καὶ Δοῦρίς φησιν, ἐν τῷ Περὶ Ἀγώνων, τοὺς βωμοὺς τάφους καλεῖσθαι.*

Τύμβος quomodo a *τάφῳ* differat, explicat Scholion in *Anecd. Graec.* Bekkeri I p. 309, 3. Cf. Terpstra, *Antiq. Hom.* p. 57 sqq. Seriores autem, ut Duris notavit, *βωμὸς* etiam pro *τάφος* dixerunt, cujus rei rationes reddit Auctor *Etymol. Gud.* ed. Sturz v. Βωμὸς p. 118, 20. Ait enim: *Σημαίνει δὲ ἡ λέξις καὶ τάφον, οἷον βωμὸς παρὰ τὸ πωμός τις ὤν, ὃ πῶμα ὂν καὶ σκέπασμα τοῦ νεκροῦ.* Cf. Jacobs, *Anthol. Graec.* Tom. III p. 922.

LXXVI.

Photius, *λεξ. συναγ.* p. 506, 5. *Σελίνου στέφανος, πένθιμος. Τὸ γὰρ σέλινον πένθεσι προσήκει, ὡς ἔφη καὶ Δοῦρις ἐν τῷ Περὶ Ἀγώνων.*

Eadem habent Suidas s. v. Tom. III p. 297, Apostol. *Prov.* XVII. 30 p. 212, Arsenius p. 428 et (sine Duridis nomine) Hesychius Tom. II p. 1168.

Fuit quo in Isthmiis ludis, uti in Nemeis, apio coronabantur victores. Qua de re sic scribit Plutarchus, *Vit. Timol.* XXVI: *Οἱ Κορίνθιοι στεφανοῦσι τοὺς Ἴσθμια νι-*

κῶντας, ἱερὸν καὶ πάτριον στέμμα τὸ τοῦ σελίνου νομίζοντες. Ἔτι γὰρ τότε τῶν Ἰσθμίων, ὥσπερ νῦν τῶν Νεμείων, τὸ σέλινον ἦν στέφανος. Cff. Plut. *Symp.* V. 3; Pindarus *Olymp.* XIII. 45, *Isthm.* II. 23; *Nem.* IV. 143; Diphilus ap. Atheu. VI p. 228 B. Ad quem morem respexit Virgilius *Ecl.* VI. 68, ubi Heynio de lugubri carmine cogitaudum esse mouenti nou assentior. Hinc Duris ἐν τῷ Περὶ Ἀγώνων de apio dicere debuit. Quem autem praeterea commemoravit apii iu rebus luctuosis usum, eum explicat Plinius, *H. N.* XX. 44., quum defuuctorum scribat epulis feralibus dicatum olim fuisse apium. Imo vero solebant ipsa mortuorum sepulcra apio coronari, unde proverbium exstitit Σελίνου δεῖται, seu plenius, Σελίνου δεῖται ὁ νοσῶν, de eo usurpatum, qui iu summo versaretur vitae discrimine et extremum quasi halitum duceret. Vidd. Plut. l. l.; Xenophon, *Mem.* II. 2. 13; *Artemid.* I. 79; Scholiast. Pind. *Olymp.* l. l; Apostol. *Prov.* XIX. 42 p. 241; Diogenian. VIII. 57 p. 316; Gregor. Cypr. III. 84 p. 375; Suidas v. Σελ. δεῖτ. ὁ νοσ. et Τοῦ σελ. δεῖτ., Tom. III p. 297, 491. Cf. Leutschius ad Diogen. l. l.

LXXVII.

Photius, λεξ. συναγ. p. 7, 4. Ἀγὼν, ὄνομα κύριον δηλοῖ, ὡς Δοῦρις ἱστορεῖ. Σημαίνει δὲ καὶ τὴν ἀγωνίαν, καὶ τὸ ἄθροισμα, καὶ τὸν ναὸν, ἔνθα ἀθροίζονται, καὶ τὸν τόπον, ἔνθα ἀθροίζεται τὸ πλῆθος.

Πενταχῶς vocabulum usurpari animadvertit Eustathius ad Hom. *Iliad.* H p. 682, Homericum θεῖον ἀγῶνα dici ratus a τῷ ἀγωνίως καὶ προθύμως εὔχεσθαι, ἢ τὸν ναὸν αὐτὸν ὡς θεῖον καταγώγιον καὶ ἀθροιστήριον διὰ τὰ ἐν

αὐτῷ ἀγάλματα. Idem ad *Iliad.* O p. 1023 *νεῶν ἀγῶνα* explicat *τὸ πλῆθος καὶ τὴν ὡς εἰπεῖν ἄγυριν καὶ ἄθροισιν καὶ σύναξιν.* Quintuplex denique vocabulì usus ex scholiis quibusdam in *Iliadem* enumeratur exemplisque confirmatur in *Etymolog. M.* s. v. p. 15, 45 et *Append.* ad Phot. p. 653, 19. Porro cff. Eustath. ad *Iliad.* Ω p. 1335; Apollon. *Lex.* s. v. p. 21; Suidas Tom. I p. 36; Hesychius Tom. I p. 79, ibique Interpretes.

LXXVIII.

Scholiast. Plat. *Phaed.* p. 89 C. Πρὸς δύο οὐδ᾽ ὁ Ἡρακλῆς. Ταύτης τὴν αἰτίαν ὁ Δοῦρις οὕτως ἀφηγεῖται. Ἡρακλέα φησὶ βωμὸν δειμάμενον ἐπὶ τῷ Ἀλφείῳ πυγμῆς ἀγῶνα θεῖναι, καὶ νικήσαντα, τὴν ἑξῆς Ὀλυμπιάδα πάλιν ἀγωνιζόμενον, ὑπὸ Ἐλάτου καὶ Φεράνδρου πάλῃ ληφθῆναι, καὶ ἐξ ἐκείνου τὸ Πρὸς δύο οὐδ᾽ Ἡρακλῆς παροιμιασθῆναι.

Legitur hoc scholion in *Anecd. Graec.* ed. Siebenkees p. 11, nisi quod prò *δειμάμενον* hic scriptum exstat *εἰσάμενον*. Proverbii originem, ut reliqua scholii pars declarat, Echephyllidas, Pherecydes, Comarchus et Ister a certamine repetiverunt cum Molionidis commisso, ex quo inferior Hercules abierit; aliunde rursus Herodotus et Hellanicus. Cff. Zenobius *Prov.* V. 49 p. 140 sq.; Diogenian. VII. 2 p. 287; Apostol. XV. 3 p. 180; Schol. Aristid. ed Frommel p. 155; Eustath. ad Hom. *Iliad.* Λ p. 882; Suidas Tom II p. 728, alii. Consule Erasm. *Adag.* p. 115; Ruhnken. ad Plut. schol. laud. (*Bibl. crit. nov.* Vol. II p. 16); Wyttenb. ad *Phaed.* p. 237; Sturzium ad *Hellan. fragm.* p. 118; eundem ad *Pherec. fragm.* p. 178 sqq.; Leutschium ad Zenob. l. l.,

ubi ad Duridis etiam interpretationem respicitur. Φασὶν, inquit, Ἡρακλέα θέντα τὸν Ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα, πιστεύσαντά τε τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει, τῇ δευτέρᾳ πενταετηρίδι πρὸς δύο πυκτεύσαντα ἡττηθῆναι. Λέγουσι δὲ τούτους εἶναι οἱ μὲν, Λάϊον καὶ Φέρανδρον· οἱ δὲ, Κτέατον καὶ Εὔρυτον. Vides hic *Laïum* dici, qui supra vocatur *Elatus*. Sed haec est probabilis conjectura Ruhnkenii: in codd. enim ἐλαίου legitur vel ἐλείου. — Ceterum Olympicorum certaminum institutionem Herculi qui tribuerent, haud paucos fuisse docent Pindarus *Olymp.* II. 4. 5; Pausan. V. 7. 4; Apollod. II. 7. 2; Scholiast. ad Pind. l. l.; Tzetzes ad Lycophr. 41 p. 8. Cff. Heyn. ad Apollod. p. 453 et in primis Krause, *Olympia* p. 26 sqq.

Accenseo hoc fragmentum libro Περὶ Ἀγώνων, praeëunte Ruhnkenio, qui ad nomen Δοῦρις haec simul in *Adversariis* notaverat: « V. Suid. v. Σελίν. στεφ.; Synes. p. 64 A; Liban. *de Vit. sua* p. 14; Zenob. p. 134; Apostol. p. 180, ubi corrupte Δίων. Sic et Suidas T. II p. 728. » Haec vero in *Adversariis* obiter notata dubito an Vir summus probasset, si quando edere constituisset; nunc accuratius examinanti falsus esse videtur. Praeterea Suidae locum v. Σελ. στεφ., ad Fragm. LXXVI laudatum, item quem modo attuli Zenobium; sed quod apud Apostol. XV. 3 p. 180 et Suid. Tom. II p. 728 Οὐδ' Ἡρ. πρ. δύο legitur nomen Δίων, hoc vitiose pro Δοῦρις non scribitur. Citatur illic Δίων ἐν δευτέρᾳ τῆς δευτέρας συντάξεως, quo Dion verisimiliter significatur *Alexandrinus*, ὁ ἐπὶ φιλοσοφίᾳ διαβόητος, ut Suidas dicit v. Τὸ Δίωνος γρῦ, Tom. III p. 483, et Apostol. XIX. 24 p. 239, ne alios nunc scriptores et paroemiographos afferam. Eundem ἐν τῷ πρώτῳ τῆς τρίτης συντάξεως laudat Schol. ad Nicandr. *Alexiph.* p. 49 B ed

Bas., ex eoque in Herculis rebus enarrandis alii quoque profecerunt. Cff. Harl. ad Fabricii *Bibl. Graec.* Vol. V p. 151 sq. et Leutschius ad Zenob. *Prov.* V. 10 p. 119 sq., V. 54 p. 142 sq. Reimarus vero *in comm. de vit. et scr. Cassii Dionis*, Tom. II p. 1533, Dionem *Chrysostomum* intelligi jubet. Quidquid est, nomen Δίων iis quos dixi locis omnino servandum est. Neque cum Duride quidquam commune habent Synesii et Libanii loci a Ruhnkenio laudati. Uterque proverbium unde memorat, nisi quod ille (*Encom. Calvit.* p. 64 A Petav.) eodem loco Dionis quoque meminit, quem Dionem esse *Chrysostomum*, Synesii praeceptorem, statuere fere ausim.

VII. VIII.

ΠΕΡΙ ΖΩΓΡΑΦΙΑΣ (ΚΑΙ ΤΟΡΕΥΤΙΚΗΣ).

LXXIX.

Diog. Laërt. I. 1. 38. *Γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι Θαλαῖ, καθά φησι Δημήτριος ὁ Μάγνης ἐν τοῖς Ὁμωνύμοις, πέντε. — Τέταρτος, οὗ μέμνηται Δοῦρις ἐν τῷ Περὶ Ζωγραφίας.*

LXXX.

Diog. Laërt. II. 5. 19. *Δοῦρις δὲ καὶ δουλεῦσαι αὐτὸν (Σωκράτη) καὶ ἐργάσασθαι λίθους (φησίν.)*

Socratem inter philosophos qui servitutem servierunt

Gellius *N. A.* II. 18 non nominat. Unius Duridis haec hodie est traditio, repetenda, ut Luzacio (*Lectt. Att.* p. 113) visum est, ex more Peripateticorum, qui iniqui esse et contumeliosi in Socratem solerent. Alia res est de Socrate sculptore, de qua saepius monent antiqui, quaeque adeo credita fuit, ut non deëssent, qui Gratiarum in acropoli statuas Socratis philosophi opus putarent. Vidd. Pausan. I. 22. 8, IX. 35. 2; Diog. Laërt. l. l., qui ex Timonis quoque *Sillis* testimonium petit. His adde Schol. Aristoph. *Nubb.* 771; Lucian. *Somn.* XII; Max. Tyr. *Dissert.* XXVIII p. 457 ed. Markl.; Dionem Chrysost. *Orat.* LV; denique Suidam v. Σωκράτης Tom. III p. 351. Plinius vero (*H. N.* XXXVI. 4. 10) Socratem philosophum a Socrate sculptore aperte distinguit: « *Non postferuntur*, inquit, *et Charites in propylaeo Atheniensium, quas Socrates fecit: alius ille quam pictor* (de quo XXXV. 40. 31): *idem, ut aliqui putant,* » cogitans fortasse Socratem Thebanum, quem Pausanias commemorat IX. 25. 3. Plurimi tamen, ut vidimus, Socrati philosopho illud opus attribuerunt, quocirca Menagius ad Diog. l. l. refutandum Porphyrium docet, qui apud Theodor. *de cur. Graec. affect.* XII artis inscitiae insimulet Socratem, et adversus patrem inobedientiae.

Hoc fragmentum quare huc transtulerim, quare etiam quod proxime sequitur, dixi p. 39.

LXXXI.

Plinius *H. N.* XXXIV. 19. 6. *Lysippum Sicyonium* Duris *negat*, *Tullius fuisse discipulum affirmat; sed primo aerarium fabrum, audendi rationem cepisse pictoris*

Eupompi responso. Eum enim interrogatum, quem sequeretur antecedentium, dixisse demonstrata hominum multitudine, naturam ipsam imitandam esse, non artificem.

Lysippus. Floruit Lysippus, teste Plinio, qui ibidem plura de eo refert, Ol. CXIV, sive, ut efficit Muellerus, *Archaeol. d. Kunst* § 124 p. 113 n. 1, ab Ol. CIII—CXIV, quin imo Ol. CXVI. 1 etiam in vivis fuisse videtur. Artis suae specimina edidit praestantissima: ad veritatem autem accessit optime. Vid. Quinctil. *I. O.* XII. 10. Plurima de eo collegerunt Franc. Junius, *Catal. Artif.* p. 109 sqq. et Muellerus l. l., passim.

Duris *negat — Tullius affirmat.* Locus Ciceronis videtur significari, qui legitur *Brut.* LXXXVI. 296, de quo cf. *Onom. Tullian.* Orellii et Baiteri v. *Lysippus* p. 370 sq. Illic ipse affirmasse Lysippus dicitur, Polycleti Doryphorum sibi fuisse magistrum. Artem igitur Polycleti, cujus specimen unum in paucis egregium habebatur Doryphori statua, Lysippus secutus est, non ipsum Polycletum pro magistro habuit, neque habere potuit, quem ars sua nobilitaverit maxime ab Ol. LXXXII—XCII. Vid. Muellerus l. l. § 112 p. 96 n. 1. Huic Ciceronis sententiae apprime conveniunt Varronis verba, *L. L.* IX. 13 p. 468 ed. Spengel.: « *Lysippus non artificum priorum potius est vitiosa secutus, quam artem.* » Contra, si Duridem audis, Lysippus plane fuit αὐτοδίδακτος, nullius magistri nec praecepta secutus neque artem, sed ipsam imitatus naturam. Uter a vero propius absit, Cicero an Duris, dirimere non ausim; sed tamen, ubi Lysippi aetatem cogito, cui proxime Duris vixit, hujus auctoritatem non omnino censeo nullam.

Eupompi. Eupompus Lysippo, cui monstrasse perhibetur veram artis addiscendae et exercendae viam, ali-

quot annis actate fnit provectior. Floruit enim ab Ol. XCV—C. Vid. Muellerus l. l. § 137 n. 4.

INCERTAE SEDIS FRAGMENTA.

LXXXII.

Plutarch. *Prov.* I. 48 p. 328. Δέχεται καὶ βῶλον Ἀλήτης. Ἐπὶ τῶν ἅπαντα πρὸς τὸ κρεῖττον ἐκδεχομένων. Ἀλήτης γὰρ, ὥς φησι Δοῦρις, ἀποπεσὼν Κορίνθου, κατὰ χρησμὸν τοῦ θεοῦ ἀπεπειρᾶτο πάλιν κατελθεῖν· ἐν δὲ τῇ χώρᾳ περιϊδών τινα βουκόλον, ᾔτει τροφήν. Ὁ δὲ βῶλον ἐκ τῆς πήρας ἀράμενος ἐδίδου. Ὁ δὲ Ἀλήτης ἐδέξατο οἰωνισάμενος καὶ εἰπών· Δέχεται καὶ βῶλον Ἀλήτης.

Idem proverbinm explicant Diogenian. IV. 27 p. 236 (coll. I. 4 p. 181), Apostol. VI. 83 p. 75; Hesych. v. Διὸς Κόρινθος, Tom. I p. 1005. Ad Pseudo-Plutarchi verba prope accedit Zenob. III. 22 p. 63; sed omnes illi Duridis nomen reticent, quod quidem nostro loco ex corrupto Δῦρης recte restituit Wyttenbachius. Enndem secntus recepi κατελθεῖν pro vitioso κτηθεῖν (cf. Zenob. l. l.). Pro ἐνὶ dedi ἐν δὲ; Wyttenbachio placebat καὶ ἐν. Servato vocabulo κτηθεῖν, snpplendum esse Leutschius conjicit: ἐλθὼν οὖν εἰς Κόρινθον, ἐν τῇ κ. τ. λ. Tandem Wyttenb. pro περιϊδών malebat ἰδών, quod fortasse minus est necesse.

Aletes ille, Hippotae filins, Herculis autem abnepos fuit. Ab eodem Corinthi conditore sive restauratore et rege *Aletidae* snnt Corinthii vocati. Vide Pansan. II. 4. 3, 4; Diod. Sic. ap. Syncell. *Chron.* p. 143 ed. Venet.;

Apollod. *Bibl.* II. 8. 3; Schol. Pind. *Olymp.* XIII. 14, quosque laudant Hermann, *Lehrb. d. Griech. Staatsalth.* p. 48 n. 9 et Ruhnken. ad Vell. Pat. I. 3. 3, quo loco, ut merito Viri docti notarunt, Aletes falso *sextus* ab Hercule dicitur, quum *quintus* fuerit. Cf. etiam Pauly, *Real·Encycl.* I p. 329. Historiam Aletae, quatenus illud proverbium spectat, sic tradit Schol. Pind. *Nem.* VII. 155: Ἀλήτης, ἐλθὼν περὶ τῆς ἐν Κορίνθῳ βασιλείας, προσῆλθε τῷ μαντείῳ τῷ ἐν Δωδώνῃ, ὅ ἐστι τοῦ Διὸς, καὶ ἔχρησεν αὐτῷ τότε κρατήσειν, ὅτε τις δῷ βῶλον γῆς· ἐπιθέσθαι δὲ ἡμέρᾳ πολυστεφάνῳ. Ἐλθὼν οὖν ἐν Κορίνθῳ ᾔτει τινὰ ἀγροῖκον ἄρτον ὁ Ἀλήτης. Ὁ δὲ λαβὼν βῶλον ἔδωκεν. Haec ad nostrum locum. Cff. porro Wesseling. ad Diod. l. l. II p. 635; Müller, *Dorier* I p. 84 sq.; Marx, *Ephori fragm.* p. 112 et Leutschius ad Zenob. l. l.

LXXXIII.

Proverb. Bodl. ed. Gaisf. 374 p. 40. Ἐπὶ σαυτῷ τὴν σελήνην καθαιρεῖς. Ἀσκληπιάδης φησὶ, τὰς Θετταλὰς ἐκμαθούσας τὰς τῆς σελήνης κινήσεις προαγγέλλειν, ὡς ὑπ' αὐτῶν μέλλοι κατάγεσθαι, τοῦτο δὲ πράττειν οὐ χωρὶς τῆς αὐτῶν κακώσεως· ἢ γὰρ καταθύειν τῶν τέκνων, ἢ τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν ἀπολλύειν. Λέγεται γοῦν ἐπὶ τῶν κακὰ ποριζομένων. Δοῦρις δέ φησιν, ἀστρολόγον προαγορεύοντα τὰς τῆς σελήνης ἐκλείψεις οὐκ εὖ ἀπαλλάξαι.

Proverbio praeter Platonem, *Gorg.* p. 513 A, utitur Aristoph. *Nubb.* 747. Cum Asclepiade vulgo illud de Thessalis mulieribus interpretantur. Vide Zenob. IV. 1 p. 83 sq.; Pseudo-Plutarch. *Prov.* II. 13 p. 338; *Prov. Vat.* I. 71 p. 271; Suidas s. v. Tom. I p. 827, sed

ibi pro ποδῶν lege παίδων. Ita quoque explicat et Aglaonices, Hegemonis filiae, exemplo illustrant Plutarch. *Conj. Praec.* p. 145 (Vol. VI p. 549 ed. R.), *de orac. def.* p. 417 (Vol. VIII p. 641); Scholiast. Apoll. Rhod. IV. 59. Cf. Schol. Aristoph. *Nubb.* l. c. Dixerunt autem vel καθαιρεῖν τὴν σελήνην vel καθέλκειν vel denique κατασπᾶν. Cf. Leutschii nota crit. ad Zenob l. l.

LXXXIV.

Zenob. Prov. II. 26 p. 39. Ἀττικοὶ τὰ Ἐλευσίνια. Ἐλλείπει τὸ καθ' ἑαυτούς. Λέγει δὲ Δοῦρις, ὅτι, ὅταν καθ' ἑαυτοὺς συλλεγέντες τινὲς πράττωσί τι, ἐπιλέγουσιν ἑαυτοῖς· Ἀττικοὶ τὰ Ἐλευσίνια.

Utrobique dedit Gaisf. καθ' ἑαυτοὺς pro καθ' ἑαυτὸ, quorum alterum in Aldino scriptum exstat. Apostolius IV. 74 p. 51 et Diogenian. I. 51 p. 188 ita proverbium explicant quasi dictum sit: Ἐπὶ τῶν τὰ ἀπόῤῥητα μυουμένων· οἱ γὰρ Ἀττικοὶ ἐν Ἐλευσῖνι ἐπετέλουν τὰ τῆς Δήμητρος μυστήρια. Cff. Diogenian. II. 38 p. 201; Plutarch. *Prov.* I. 50 p. 329. Corrupta est interpretatio in *Cod. Bodl.* 154 p. 15.

LXXXV.

Anecd. Graec. ed. Bekker Vol. I p. 451, 31. Ἀσιὰς, ἡ κιθάρα, ἀπὸ Ἀσίου τινὸς, καὶ Ἀσία καὶ Ἀσιώνη· ἢ ἀπὸ Ἀσίας, τῆς μητρὸς Προμηθέως. Δοῦριν δὲ Ἀριστοτέλης φησὶ λέγειν, ὅτι ἐκλήθη Ἀσιὰς ἀπὸ τῶν χρωμένων Λεσβίων, οἵτινες οἰκοῦσι πρὸς τῇ Ἀσίᾳ.

Haec totidem verbis leguntur in *Anecd. Graec.*, quae

Baehmannus edidit, Vol. I p. 151, 20, et in *Bibl. Coislin.* ed. Montf. p. 607, unde dedi ἡ ἀπὸ Ἀσίας pro ἡ ἀπὸ Ἀσίας.

Ἀσίας. Nomen vocis, ut fieri in talibus solet, alii aliunde derivarunt. Nostrum loeum haec continuo excipiunt: Οἱ δὲ ἀπὸ Τυῤῥήνου Λυδοῦ, εὑρόντος πρώτου τὸ τρίγωνον ὄργανον· οἱ δὲ ἀπὸ Τερπάνδρου. Stephanus autem Byz. p. 58 tum alia notat, tum vero haec: Ἀσία, πόλις Λυδίας παρὰ τῷ Τμώλῳ, ἐν ᾗ τρίχορδος εὑρέθη κιθάρα. Atque in hane senteutiam abeunt Schol. Apollon. Rh. II. 777.; Auetor *Etymol. M.* v. Ἀσιάτις p. 153, 31; Hesychius v. Ἀσιὰς, Tom. I p. 569; Suidas v. Ἀσία, Tom. I p. 350. Vide etiam Plutarch. *de Musica* p. 1133 (ed. R. Vol. X p. 656). Utuntur ea voce Aristoph. *Thesm.* 120 et Euripides *Cycl.* 442. Cff. porro Spanhemius ad Callim. *Hymn. in Del.* 253 p. 532 sqq.; Naekins, *Choerili quae supers.* p. 114; Bernhardy, *Eratosth.* p. 69 et Bode, *Gesch. d. Hell. Dichtk.* Vol. II P. I p. 199.

Ἀριστοτέλης. Aristotelis nomen persuasit Westermanno, ad Voss. p. 134 n. 24, ut hoc fragmentum *Samio* Duridi abjudicaret. Equidem suffragari Viro Celeb. non possum; imo ipsum argumentum suadet, ut Samio illud vindicemus, originem nominum et rationem etymologicam saepissime exquirenti. Vide Fragm. XV, XXV, XXVI, XXXVI, XL, XLVII, LV, LXVII, LXXII, LXXXIII, ne alia hujus generis, proverbia maxime, huc traham. Contra, quis nos Stagiritam, Duride aetate majorem, intelligere jubet, nec potius juniorem quendam Aristotelem? Tres enim praeter philosophum nominat Diogenes Laërt. V. 1. 35: *Chalcidensem*, qui de Euboea librum edidit (cf. Vossius *H. G.* p. 403); alium *quendam*, qui de poëtica scripsit; Aristotelem denique *grammaticum*.

Horum igitur unum significari crediderim. Aliam viam iniit Preller, *Polem. Perieg. fragm.* p. 59, ubi de librariorum in *Aristotelis* nomine citando erroribus disputans, in nostrum quoque locum vitium irrepsisse censet, ortum ex compendiaria scriptura 'Αριστ., in quam incidentes librarii scripserint 'Αριστοτέλης, notissimum nomen, quum historicus significaretur *Aristides* Milesius; de quo ipse cf. Prellerus l. l. et Vossius p. 401 sq. Si quid mutandum, scripserim Δοῦρις — 'Αριστοτέλην, ut traditum illud ab Aristotele fuerit in Λεσβίων Πολιτείᾳ, postero tempore deperdita.

LXXXVI.

Etymol. M. p. 513, 27. Κίθαρος, καθ' ὁμοιότητα τῶν ὀστῶν πρὸς τὰς χορδάς. Ὁ δὲ Δοῦρις ἀπὸ τοῦ Κιθαιρῶνος φησὶν, ὅτι Ἀμφίων ἐκεῖσε ἐμουσικεύετο.

Πρόβλημα Ἀρχιμήδειον. Quid? Κίθαρος piscis a Cithaerone nomen acceperit, quod ad eum montem carmina Amphion soleret modulari? Credat Judaeus Apella. Imo pisci huic, Apollini dicato (Athen. VII p. 306 A, p. 325 B; Eustath. ad *Iliad.* A p. 87) κίθαρις nomen dedit sive κιθάρα, καθ' ὁμοιότητα, ut ajunt, τῶν ὀστῶν πρὸς τὰς χορδάς. Duridis vero interpretationem scribarum errore in alienum locum commigrasse, nemo adeo coecus est quin continuo perspiciat. Nisi me fallunt omnia, verba Duridis pertinent ad vocem, quae l l. proxime antecedit, κίθαρις, quam alii derivandam esse docuerunt παρὰ τὸ κινεῖσθαι ῥαδίως· ἢ παρὰ τοῦ κινεῖν εἰς ἔρωτα τοὺς ἀκούοντας· ἢ παρὰ τοῦ κινεῖν τοὺς θαιρούς. Vide l. l. p. 513, 26.

Duris igitur κίθαριν ita appellatum fuisse existimavit ἀπὸ τοῦ Κιθαιρῶνος, ὅτι Ἀμφίων ἐκεῖσε ἐμουσικεύετο. Nota puto quae de Zetho, quae de Amphione in primis

antiqui commentati sunt. E multis ea delibabo tantum, quae ad nostrnm locum illustrandum nonnihil conferunt. Natos ex Jove et Antiopa εἰς ὄρος ἔῤῥιψεν ὁ θεῖος, auctore Snida, v. Ἀντιόπη Tom. I p. 225. A Musis autem lyram accepit Amphion, eujus cantu Thebas exstrnens demulsit ita lapides, nt sponte sua ad ipsum accederent. Vidd. Pausan. IX. 5. 3, 4; Schol. Apoll. Rhod. I. 741 et Schol. Hom. *Iliad.* N. 302. Confer quos laudat Sturzius, *Pherec. fragm.* p. 128 sq., et Creuzerum, *Melett.* I p. 94 n. 81. Huic igitur instrumento, si Duridem andis, Amphion a Cithaerone monte nomen indidit κίθαρις. Quae certe locis laudatis *lyra* dieitur, eadem vocatur alibi κιθάρα sive, quod ad idem redit, κίθαρις. Locum citabo ex *Nonni Narrationibus*, divulgatum a Creuzero l. l., quo haec tradnntur: Αἱ Θῆβαι ἑπτάπυλοι εἰσὶν αἱ τῆς Ἑλλάδος, αἱ ἀπὸ Ἀμφίονος καὶ Ζήθου κτισθεῖσαι διὰ κιθάρας. Nonno junge Plinium, *H. N.* VII. 57, a quo *citharam* invenisse Amphion traditur, eaque primus enm cantu cecinisse. Quin imo eadem narratione Palaephatus (*de Incred.* XLII) κιθάραν ei tribnit et λύραν. Atque ita omnino se res habet. Κιθάρα et λύρα, κίθαριν adde et φόρμιγγα, nti jam apud Homerum idem designant instrumentnm (cf. Terpstra, *Antiq. Hom.* p. 247), ita apud veteres plerumqne nnllo discrimine memorantnr, quod confirmat etiam Pollux, *Onom.* IV. 59; ut adeo aente magis quam vere distinxisse Aristoxenns videatur: Κίθαρις ἐστὶν ἡ λύρα, καὶ οἱ χρώμενοι αὐτῇ, Κιθαρισταί· Κιθάρα δὲ, ᾗ χρῆται ὁ κιθαρῳδός. Vid. Ammon. *de diff. vocab.* s. v. p. 82. Haec de cithara, haec de ejus inventore Amphione ad h. l. notasse sufficiat. Plura de Amphione qui scire cupiat, ei satisfaciet Sturzius l. l. p. 127—132.

LXXXVII.

Tzetzes ad Lycophr. 103 p. 15. Δυοῖν πελειαῖν. Ὀρφανὴν καὶ ἔρημον οὖσαν (Ἑλένην) τῆς γονῆς τῶν δύο περιστερῶν, ἤτοι Ἰφιγενείας, ἣν ἔσχεν ἐκ Θησέως, ὥς φησι Δοῦρις ὁ Σάμιος, καὶ Ἑρμιόνης, ἣν ἐκ Μενελάου γεννᾷ. Ἑπταετῆ γὰρ ταύτην Θησεὺς πρῶτον (l. πρῶτος) ἁρπάσας, μετὰ τὸ τεκεῖν ἐξ αὐτῆς Ἰφιγένειαν, ἀφῃρέθη αὐτήν.

---

l. l. 143 p. 18. Πέντε ταύτην ἔγημαν ἄνδρες· πρῶτος Θησεὺς ἑπταετῆ ταύτην ἁρπάσας, καθά φησι Δοῦρις ὁ Σάμιος, ἀφαιρεθεὶς δὲ αὐτὴν ἐν τῷ ἡττηθῆναι ὑπὸ Πολυδεύκους καὶ Κάστορος, τῶν αὐτῆς ἀδελφῶν, ἐν Ἀφίδναις, πολιχνίῳ τῶν Ἀθηνῶν, γεννήσασαν Ἰφιγένειαν, ἣν Ἰφιγένειαν καὶ θετὴν παῖδα ἡ Κλυταιμνήστρα ποιεῖται.

Ἑπταετῆ κ. τ. λ. Meminit Duridis super eadem re Tzetzes l. l. 183 p. 26, 513 p. 61, 851 p. 95, quorum primum locum αὐτολεξεὶ recepit Eudocia p. 241. Ante Duridem eadem narraverat Hellanicus. Theseus quum vidisset Helenam, οὔπω μὲν ἀκμάζουσαν, ἤδη δὲ τῶν ἄλλων διαφέρουσαν, ejus pulchritudine ita captus est, ut adjuvante Pirithoö Aphidnas raptam abduxerit. Vid. Isocrates, *Helen. encom.* p. 211 ed. Steph. Fuse hanc Helenae fabulam narrat Plutarchus, *Vit. Thes.* XXXI sqq.; sed lege etiam Pausaniam II. 22. 7; Apollod. *Biblioth.* III. 10. 7; Athen. XIII p. 557 A; Schol. Hom. *Iliad.* Γ. 144, aliosque a Meursio laudatos, *Thes.* XXVI sqq., Heynio ad Apollod. l. l. p. 721 sqq.; Sturzio, *Hellan. fragm.* p. 121 sq.

Ἰφιγένειαν. Hanc Thesei et Helenae filiam agnoscunt

quoque Pausanias l. l. *Etymologici M.* Auctor v. Ἶφις p. 480, 18 et Antou. Lib. *Metam.* XXVII. Cf. Eustathius ad *Iliad.* N p. 951. Pausanias auctores laudat poëtas, Stesichorum, Euphorionem et Alexandrum, unum Enphorionem Auctor *Etymologici.* Antoniui uarratio nostris locis egregie couciuit. Sic autem refert: Θησέως καὶ Ἑλένης τῆς Διὸς ἐγένετο θυγάτηρ Ἰφιγένεια, καὶ αὐτὴν ἐξέτρεφεν ἡ τῆς Ἑλένης ἀδελφὴ Κλυταιμνήστρα· πρὸς δὲ τὸν Ἀγαμέμνονα εἶπεν αὐτὴ τεκεῖν· Ἑλένη γὰρ, πυνθανομένη τῶν ἀδελφῶν, ἔφη κόρη παρὰ Θησέως ἀπελθεῖν. Theseus enim Helenam, παῖδα οὖσαν, οὐκ ἔγνω, ut est in scholio ad Lycophr. 851, edito a Bachmanno in *Anecd. Graec.* II p. 249, 18. Alii Iphigeniam non Thesei dixerunt filiam, sed Agamemnonis. Vide Euripid. *Iphig. in Aul.* 90; *Iphig. in Taur.* 4 sq. 239, al. Tzetz. l. l. 183 p. 26 sq. Cff. Viri docti ad Antouini l. c. et Meineke, *de Euphor. Chalcid.* p. 133 sq.

Ἀφίδναις. Stephani adscribam verba p. 67: Ἄφιδνα, δῆμος Ἀττικῆς τῆς Λεοντίδος φυλῆς, ἀπὸ Ἀφίδνου αὐτόχθονος. — ἔστι καὶ πληθυντικὸν Ἀφίδναι. Addere potuisset: λέγεται καὶ Ἄφυδνα, ut v. c. apud Schol. Homeri, supra laudatum. Helenae autem raptu Aphidnas iu primis esse nobilitatas, Strabo tradit IX p. 607 B. Cf. Preller, *Polem. fragm.* p. 43.

LXXXVIII.

Schol. Hom. (ed. Bekk.) *Iliad.* T. 327 p. 526. Ἔστι δὲ (Νεοπτόλεμος), ὥς τινες, ἐξ Ἰφιγενείας· φησὶ γὰρ Δοῦρις, ὅτι κλαπεῖσα εἰς Σκῦρον ξετέθη ὑπ' αὐτοῦ (Ἀχιλλέως).

Eustath. ad Hom. l. l. p. 1187. Ἔστι δὲ κατά τινας

ἐξ Ἰφιγενείας, ὡς καὶ Λυκόφρονι δοκεῖ, ἥτις καὶ κλαπεῖσα, ὥς φησι Δοῦρις, εἰς Σκῦρον ἐξετέθη, ὅθεν καὶ ἐκεῖ ὁ παῖς ἐτρέφετο.

Νεοπτόλεμος. Plerique eum Achilli natum ex Deïdamia dixerunt, Lycomedis filia. Vide Schol. Hom. et Eustathium l. l., cujus quidem verba partim mea faciam: Θέτις, inquit, οἷα πάνυ φιλόπαις, ἐκεῖ (ἐν Σκύρῳ) πρὸ τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου τὸν Ἀχιλλέα ἐξέθετο, ἔνθα καὶ γυναικιζόμενον Ὀδυσσεὺς αὐτὸν ἤλεγξεν· καὶ ἐκεῖ τοῦ Λυκομήδους θυγατρὶ συγγεγονὼς πατὴρ γίνεται Νεοπτολέμου, τούτου δὴ τοῦ ἐν τῇ πατρίδι Σκύρῳ ἔτι ἐκτρεφομένου. Adde Apollod. III. 13. 8; Strab. IX p. 667 B; Tzetz. l. l. 183 p. 26, 185 p. 27. Sed in re conclamata cumulare multa nil attinet. De Neoptolemo ejusque parentibus, si tanti est, confer Muellerum, *de cyclo Graec. epic.* p. 91, et in primis Heynium ad Apollod. l. c. p. 802 sq. Tzetzae tantum locum (183 p. 26) apponere juvat, quippe ex Duride desumptum. Est autem hic: Κατά τινας ἐξ Ἰφιγενείας καὶ Ἀχιλλέως ἐγεννήθη ὁ Νεοπτόλεμος· μετὰ δὲ τὴν ἐν (l. ἐπ') Εὐρίπῳ Ἰφιγενείας θυσίαν (ὥς φησι Πίνδαρος Ἰφιγένειαν ἐπ' Εὐρίπῳ σφαχθεῖσαν), παρέθετο, καὶ, ὥς τινες φασὶν, Ἀχιλλεὺς τὸν παῖδα Δηϊδαμείᾳ ἐν Σκύρῳ τῇ νήσῳ δέδωκεν.

Σκῦρον. Scyro insulae nominis celebritatem peperit Achillis maxime et Neoptolemi fabula. Una fuit ex Cycladibus. Vidd. Strabo, Eustath. l. l., et ad Dionys. Perieg. 521, Steph. Byz. s. v. p. 257.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Ab ipso prelo remotior non semper cavere potui, ne plagulae citius typis mandarentur, quam vel errata omnia correcta essent vel omissa suppleta. Graviores igitur typothetarum errores h. l. indicasse sufficiat; cetera minora, v. c. in accentibus, L. B. facili opera ipse corriget.

p. 5 not. v. 2 haec adde: Sed praeter hos et Leotychiden, quem ex Agidis uxore Timaea suscepit (Fragm. LXIV), Melia mulier, vi compressa, Alcibiadi nothum filium genuit; qua de re vid. Andocid. *de Myst.* p. 123 ed. Reisk. Cf. Plutarch. *Vit. Alcib.* XVI. De filia ab Abydena Medontiade parta, ut ex Lysia tradit Athenaeus XII p. 534 F. 535 A, XIII p. 574 E, non est quod dicamus.

p. 8 v. 19 deleatur vitiosum τοῦ, scribatur vero τῆς.

p. 32 v. 12, 16, 18 lege: crediderim, — recepit. — ceterorum.

p. 39 v. 13 pro: statuario lege: sculptore; v. 14 adde: Nec procul absum quin Duridi partem omnia tribuenda esse, quae de artificum successione et operibus ibidem Plinius profert.

p. 41 v. ult. pro: κορωνδος lege: κορωνίδος

p. 61 v. 3 — Jalysi — Jassi

p. 71 v. 10 sq. Deleantur verba: Stat vero hodie κ. τ. λ. Repone vero: Cf. Xenophon *de Vectig.* V. 9. Duris autem maxime Aristotelem videtur secutus, hac in re eximiae profecto auctoritatis scriptorem, siquidem is, natus Ol. XCIX. 1 (Stahr *Aristot.* I p. 29 sqq.), ipsius

—

belli Phocensis aequalis vixit. Aristoteles igitur haec de belli primordiis memoriae prodidit, *Politic.* V. 3. 4: Καὶ ἐν Φωκεῦσιν ἐξ ἐπικλήρου στάσεως γενομένης περὶ Μνασέαν, τὸν Μνήσωνος πατέρα, καὶ Εὐθυκράτη, τὸν Ὀνομάρχου, ἡ στάσις αὕτη ἀρχὴ τοῦ ἱεροῦ πολέμου κατέστη τοῖς Φωκεῦσι.

ibid. v. 13 pro: p. 155 C lege: p. 155 D.

p. 79 v. 4. Adde: Cf. Preller, *diss. de Hellan. Lesb.* p. 44.

p. 80 v. 17. — De ratione chronologica Timaei vide etiam quae nuperrime disputavit Preller l. l. p. 46 sq.

p. 84 v. 15, 17 pro ξαίνονται — κα lege ξαίνονται καὶ

p. 91 v. 28. Adde: Cf. Westerm. ad Plutarch. *Vit. Sol.* 1 p. 11.

p. 99 v. 10. Pro ὠνομασθαί Φησιν lege ὠνομάσθαι Φησὶν

p. 101 v. 7. — Orchomeno — Orchomeni

p. 108 v. 19. — — ηὔλησεν, — Ταραντῖνον περιβαλλόμενος, ηὔλησεν,

p. 109 v. 10 — κα — καὶ

p. 114 v. 20 — XXXII — XXXIII

p. 125 v. 14 — Περ — Περὶ

p. 128 v. 2,19 — Φησὶ, γενέσαθ — Φησι, γενέσθαι

p. 129, 130, 134 fragmentorum numerus scribatur XLIV, XLV, XLVI.

p. 139 v. 25 dele: maxime; ibidemque v. 12 et p. 142 v. 27 pro ὥσπερ lege ὡς.

p. 150 v. 3 Pro Ἀττικὴυ lege Ἀττικὴν

p. 151 v. 16 — hi — hic

p. 156 v. 13 — Σοφίαν — Σοφίας

p. 199 v. antep. pro ξετέθη lege ἐξετέθη

INDEX I.

SCRIPTORUM,

UNDE PETITA SUNT FRAGMENTA.

INDEX II.

RERUM ET VERBORUM